UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50828

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 2962.

J. II
11

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

REVERENDISSIMO ATQVE IL-LVSTRISSIMO CARDI-nali D. Nicolao Peleueço S. Romanæ Eccleſiæ Card. Archiepiſcopo Senonenſi Galliarum & Germaniæ Primati Iacobus Billius S. Michaelis in Eremo Cœnobiarcha.

S. P. D.

Collegii Societatis Jesu Paderb

CVm ſacra illa Tetradecaſticha, quæ ante aliquot annos gallico ſermone condideram, in lucem tãdẽ emiſiſſem, atque id argumenti genus non-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nullis hominibus, quorũ mihi & vitæ integritas comperta eſt, & explorata doctrina, magnopere probari comperiſſem, eadem rurſus vt latina facerem, duæ me cauſæ potiſsimùm impulerunt. Nam & eorum habendam eſſe rationem exiſtimabam, quibus latina quàm noſtratia notiora, vel certè gratiora ſunt: & iis conſulendum, quibus alioqui nõ vacabat loca ea, quæ in Scholiis proferebantur, apud Authores ipſos exquirere, atque ad vſum ſuum accommodare. Quanquam non dubito, quin hic labor noſter in multorum reprehẽſionem incurſurus ſit. Sunt enim quidam hoc ingenio præditi, vt nihil præter ſe ſuáque plerumque etiam ſine riuali, admirentur. Sunt rurſus plurimi ita cachectici, vt quicquid ad morum pietatiſque cultum, quicquid ad peregrinantis animæ cõſolationem ſpectat, penitus aſpernentur ac faſtidiant. Sunt denique nõ pauci, qui ſuauia quã gra-

uia, vana quàm ſana, phalerata quàm ad animorum vtilitatem ac ſalutem comparata malint. Quorũ omnium iudicium adeo nihil moror, vt eos etiam, quòd ita affecti ſint, miſeros planè ducã. Quid enim miſerius fingi atque excogitari poſsit, quàm aut Narciſsi more ſeſe deperire, aut ea repudiare, quib⁹ animus ad immortalitatem alitur, aut verborũ folia ſolidis ac ſalubribus rebus anteferre? At verò piorũ virorum cẽſuræ tum hæc, tũ omnia mea, libẽtiſſimè ſemper ſubmiſero, quippe qui nõ tã ſermonis elegãtiam ſpectandã cenſeant (cuius inopiam eò æquiore animo fero, quòd Paulus in ſermone regnum Dei ſitum eſſe neget) quàm res ipſas ac ſententias: quas ſi graues pleraſque in hoc libello ac frugiferas eſſe dicam, minimè verendum mihi erit, ne me cuculli ritu canere videar, cùm earũ non authorem me profitear, ſed tãtummodo collectorem. Illud quidem certè diuinarum li-

terarum ſtudioſis non ingratum fore confido; quòd hîc, ſi vnum aut alterum locum exceperis, nihil ex turbidis profanorum librorum lacunis, nihil ex ciſternis diſsipatis, ſed omnia ex limpidiſſimo diuinitus inſpiratæ ſcripturæ fonte, ſanctorúmque Patrũ fluẽtis hauſi: ac pluſquam centum argumenta, quorum ſingula, ſi ea diffundere animus fuiſſet, iniuſtum penè volumen excreſcere potuiſſent, totidem Octaſtichis complexus ſum, ac tanquã alueis quibuſdã incluſi. Quin hoc quoque nomine apud eos, qui in verbo Dei nõ modò famis leuationẽ quærũt, ſed etiã lautiùs epulari, atque, vt Dauidis verbo vtar, κατατρυφᾶν, hoc eſt, vt præclarè Origenes exponit, in myſticis ſcripturæ ſenſibus indagandis ſumma cum animi voluptate verſari cupiũt, gratiam mihi initurus videor, quòd ad formãdos inſtruẽdóſque mores, ac reficiendos animos, multa ex ſacris hiſtoriis ἀπὸ τῶν παρ-

χ είρϑ id eſt, ab eo ſenſu, quem literalē vulgo appellant, ad interiorē ac ſublimiorem traxi Quod quidem, modò nō violenter, atque, vt Gregorij Theologi vocabulum vſurpem, ὀυδροχειπχῶς, fiat, plurimum iucunditatis habere non immeritò ſcribit Auguſtinus. Cur enim, inquit, magis mouēt & accendunt amorem quæ ſunt Allegoricè dicta? Credo quòd ipſe animæ mot⁹, quandiu rebus adhuc terrenis implicatur, pigriùs inflāmatur: ſi verò feratur ad ſimilitudines corporales, & inde feratur ad ſpiritualia, quæ illis ſimilitudinibus figurātur, ipſo quaſi tranſitu vegetatur, & tanquam in facula ignis agitatus, accenditur, & ardentiore dilectione rapitur ad requiem & quietē. Diſpicienti autem mihi cuinam potiſsimùm hoc Opuſculum nuncuparem, tu ſtatim occurriſti, quē ſine ingrati animi nota præterire nullo modo poſſem. Nā cū Ludouicus Bar⁹, qui Subdatarij mu- Epi. 119

nus ſumma cū laude iſtic adminiſtrat,
quemq́ ego virtutis ipſius merito plu-
rimi facio, crebrò mihi per literas ſigni
ficaſſet, quantum tu mea cauſa, & cu-
peres, & iam etiam nonnullis in rebus
præſtitiſſes, quámque honorificos ſæpe
de me ſermones habuiſſes, idque nullis
meis officiis prouocatus, committendū
nō putaui, vt cùm ſingularem tuã erga
me beneuolentiã expertus eſſem, tu cō-
trà me ingratitudinis ſuſpectum habere
meritò poſſes. Itaq́ vt tuæ erga me be-
neuolentiæ monimentū, ac meæ viciſ-
ſim erga te obſeruãtiæ pignus aliquod
extaret, hūc libellū ſub illuſtriſſimi tui
nominis auſpiciis in publicū edo. Quem
tu, ſi non ipſius pretio ac dignitate, ſed
offerẽtis volūtate, ac propẽſiſſimo erga
te ſtudio metiri in animum induxeris,
quin tibi gratus futurus ſit, nullo pacto
dubito, atque vt ſit, te etiam atque etiã
ſupplex rogo. Ex Vincentiano cœnobio
4. Iduum Iuniarum 1575.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iacobus Billius.

Hinc Citheræa procul, procul hinc diſcede Cupido,
  Tartara qui cæcos cæcus ad ima rapis.
Ite procul ſteriles, procul hinc, procul ite camenæ:
  Caſtalios latices nil moror, ite procul.
Tu quoque Pieridum procul hinc fuge ductor Apollo,
  Cunctáque falſorum cum Ioue turba Deûm.
Pro Venere & fœdo ſubeat mihi pectus amore
  Ille amor, ex animo qui ſcelus omne fugat.
Caſtalio mihi ſit fons hic pro fonte, bibentem Ioan. 4
  Qui beat, atque auido pellit ab ore ſitim.
Pro Ioue, pro Phœbo, mihi ſit reliquóque Deorum
  Agmine, qui toto regnat in orbe Deus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioan. Chatardi Aquiſperſani ad Lectorem.

Multi (væ miſeris) obſcœna poëmata condunt,
Vt Veneris vates dicere iure queas.
Quos procul arcendos doctiſsimus ille Sophorum
Ex bene morata cenſuit vrbe Plato.
At contra nouus hic pſaltes ea carmina cantat,
Queis pius in caſto pectore gliſcit amor.
Quantum ergo à vitio procul eſt pulcherrima virtus,
Quantum amor à turpi diſtat amore pius:
Tanto, qui canit hæc, vates ſupereminet illos,
Qui ſua ſacrilego carmine probra canunt.
Nam nugas illi, aut fœdas modulantur amores,
Hic, quæ grata DEO, *Chriſticolaſque decent.*
Ex aliis paleas, ex iſto collige grana,
Grana pias mentes quæ ſatiare queant.

Ad hunc ſacræ Anthologiæ librum Gilbert. Genebrardi Theologi Pariſienſis diuinarum Hæbraicarúmque literarum Profeſſoris Regij Proſopopœia.

Romam vade liber, propera, te Billius offert.
Vade ſalutatum limina ſacra Petri.
O te fœlicem. Eſt Iobel, quo cuncta piantur,
Quóque polum reſerat clauis Apoſtolica.
Purpurei Peleui recta diuertito in ædes.
Eius tecta bonis omnibus ampla patent.
Ardet enim muſas, virtutem deperit, odit
Stultitias, artes excipit hoſpitio.
Ne metue, es doctuſque piuſque & mitteris illuc
A docto atque pio. Billius iſta duo eſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Errata ſic corrigito. Primus numerus, chartam ſeu folium indicat, ſecundus paginam, tertius verſum ſeu lineam.

Chart.1.pag.2.lin.13. Deo.mutatur. 2.2.13. *Iudiciis.*3.1.1.*vnà.*4.1.*penult.ſaluare.* 4.2.20. *lætitiam.* 5.2.*vlt. dicere ſemel.* 6.1.20. *Inquit, eſſe in rebus.* 12.1.12. *in epiſtolā. ibid.*2.13.*anguſtiis.*13.1.20 *formoſo. ibid.* 2.6.*periens.*15.1.15..*clamat.*19.2.9.*inclamantem.*28.1.12.*adimplendis.*34.1.1. *Inanis.*50.1.1.*viam.ibid.*2.17.*corroboret.*51.1.*vlt. videri.*54.2.18. *& paulo.* 55.2.8. *parati ſunt. ibid.*19.*diſcerpſit.ibid.*21.*diſcerpſerat.ibid.*22.*diſcerpſit.*60.2.16.*infringendam.* 62.1.8. *poſt (illudar) adde. Bonꝰ ludꝰ quo Michol iraſcitur, & Deus delectatur. ibid.*21.*omnium oculos.*63.1.*penult.animum.*67.2.2. *putens.* 68.2.15.*inolitum.*69.1.12.*eſt vbi.ibid.*2.7.*permaneant.*72.1.6.*Beniaminitarum.*74.2.*penult.euomens,*75.1.2.*temulentius. ibid.*2.*ibid.*2.21.*poſt angemur adde. nonne ad eandem ſedem concitato curſu tendimus.*77.1.8.*ero mors tua, morſus tuus ero inferne.*78.1.2.*dicemuſque cū ẽtc.ibid.pag.*2.6. *omni ibid.* 9.*ſublimibus.ibid.*18.*tam vilis* 81.2.12.*habet ibid* 19.*cognoſcet.ibi.*2.17.*Berenice.* 82.2.6.*monſtrum eſt* 83.2.1.*dubitarit. ibid.*16.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſiue 84. 2. vt eam nihil. 89.2.12. honoribúſque careãt. 97.1.13. eam 101.2.21. cognoſcet. ibid. vlt. vero. 102.1.3. & . 4. teneantur. 104. 1.2. freno. 106.1.18 ſepultura. 109.2.18. domum. 110.1.4. præſepia, &c. 119.2.16. & 17. mentio fit. 121.1.17. nubibus. ibi. 2.21. & 21 collineat alió. 124.2.18. minutiſſima. 128. 2.19. in ſocium. ibid. 23. cernentem. 129.1.4. addicas. ibid. 2.20. caſtrutium 130.2.8 ſentiet. ibid. 20. quam impij. 131.1.4. piæ. 133.2. vlt. ſincero. 137.1.7. & 8 per quantam. ibid. vlt. ille loquitur. ibid 2. ſalſis. 142.1.10. quẽ. ibid. 14. ſtultus. 143.1.9. dum in eos. ibid. 2. poſt. chart. 16. pone. 89. ibid. vlt. veræ. 146. 1.9. dici. 147.2.18. perdet eam, perdet eã, inquit. 153.2. vlt. præſens. 154.2.6. Aoth. 155. 1.15. & 16. cõſtructa erat. 160.2.3. ſomnum. 162.2.14. At contra. 167.1.4. conſidere. 170. 2.19. cõſiliíque. 174.2.2. vlceribus. 167.1.7. Spes. lege Pes. & linea vltima. compungeris. 175 1.6. dicendi. 180.2.1. triſte. & linea 3. dira.

Loca quæ ad marginem notantur
ſic corrigito.

Fol. 4.2. lin. 2. Ioan. 8. ibid. lin. 5. lib. 2. pæd. cap. 10.6.2.6 in feſt. om. ſanct. 12.2.4

*paren.ad Theodoſ.lapſ.*16.2.4.*ſerm.*1.*in feſt. om.ſanct.*26.2.8.*de obit.fabiol.* 77.1.7.*Oſ.* 13.105.1.13.*epiſt.*11.113.1.9.*in dict. Euägel: de ibid.* 21.*de nequit.depulſ.*120.2.1.*Homil.* 10. *de diuerſ* 143.2.*penul.lib.*23.*cap.*17.149. 2.3. *ſerm.*25.*de verb.Apoſt.*153.2. *penult* 3. *Reg.ij.*157.2.*penult.Homil.*4.*in.*1.*ad Corint.*162.2.6.*lib.*22.*cap.*21.

Interpunctionum vitia notare non libuit, quòd ea ferè eiuſmodi ſint vt vel ab indoctiſſimis animaduerti queant.

EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY.

PAR grace & priuilege du Roy. eſt permis à Nicolas Cheſneau, Libraire en l'Vniuerſité de Paris. d'imprimer, ou faire imprimer, & expoſer en vente, tant en Latin qu'en François ce preſent liure intiulé: *Sonnets ſpirituels, recueillis pour la plus part des anciens Theologiens tant Grecs que Latins, par M. Iaques de Billy. &c.* Et ſont faictes defenſes par ledit Seigneur à tous Libraires imprimeurs, & autres de ce Royaume, n'en imprimer ny vendre, ſinon de ceux qu'aura imprimé ou fait imprimer ledit Cheſneau, ou de ſon conſentement, iuſques apres le temps & terme de ſept ans finis & accomplis apres la premiere impreſſion, à peine de confiſcation de ce qui s'en trouueroit d'imprimez ou vendus au cõtraire, & d'amende arbitraire: comme plus amplement eſt declaré par les lettres dudit Seigneur, ſur ce dõnees à Paris, le 30. de May, 1567.

Signees, ROBERTET.

Acheué d'imprimer le 14. Iuillet, 1575.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANTHOLOGIA SACRA OCTASTI-chis verſibus compre-henſa.

I.

HAec ego, dum curas, animi dum tædia fallo,
Ex veterum ſcriptis carmina cudo Patrum.
Summe Deus noſtro aſpires, faueaſque labori:
Nil, niſi quod cupias, vt mea Muſa canat.
Quòd ſi non lepidum, ſi nō ſatis arte politum
Inuenies iſtud, candide Lector, opus,
Carmina ne cura, ſed carminis inſpice ſenſū.
Veſtis enim ſophiam ſordida ſæpe tegit.

Fugiendam eſſe mundi gloriā.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2.

QVò magis à Phœbo diſtat ſoror, hoc mage nobis
Fulget: at à ſupera lumine parte caret.
Cum verò fratri iuncta eſt, non lucida nobis
Illa quidem eſt: ſupero fulget ab orbe tamen.
Eſſe Deo quiſquis cupit ergo fulgidus, ipſi
Hæreat, & mundi ſpernat inane decus.
Nam quò mortales quiſquã eſt mage fulgidus inter,
Hoc minus eſt magno fulgidus ille Deo.

Octaſtichorum ſcholia. 2.

Aug. epiſt. 119. *Quo magis*) Auguſtinus hunc ſcripturæ locum. Sultus vt luna mutatur, ad Adamum eiuſque poſteros accommodans, his verbis vtitur: Quis eſt ſtultus ille, qui tanquam luna mutatur, niſi Adã, in quo omnes peccauerunt? Anima quippe humana, recedẽs à Sole iuſtitiæ, ab illa ſcilicet interna contemplatione incõmutabilis veritatis, omnes vires ſuas in terrena conuertit, & eò magis magiſque obſcuratur in interiorib⁹ ac ſuperioribus ſuis.

Sed cum redire cœperit ad illam incõmutabilem ſapientiã, quanto magis ei appropinquat affectu pietatis, tanto magis exterior homo corrumpitur, ſed interior renouatur de die in diem: omníſque lux illa ingenij, quæ ad inferiora vergebat, ad ſuperiora cõuertitur, & à terrenis quodammodo aufertur, vt magis magiſque homo ſeculo moriatur, & vita eius abſcondatur cum Chriſto in Deo mutatur ergo in deterius, ad exteriora progrediens, & in vita ſua proiiciens intima ſua. Et hoc terræ, id eſt iis qui terrena ſapiunt, melius videtur, cum laudatur peccator in deſideriis animę ſuæ. Mutatur autem in melius, cum intentionem ſuam & gloriam à terrenis, quæ in hoc ſeculo apparẽt, paulatim auertit, & ad ſuperiora ab inferioribus

2. Cor. 4.

Eccl. 10.

Pſal. 9.

conuertit. Et hoc terræ, id eſt, iis
qui terrena ſapiunt, deterius vi-
Act. 26. detur. Hactenus Auguſtinus. Eo-
que ſpectat quòd Paulus, cum
eximiam quandam ac ſingularē
apud Agrippam orationem ha-
beret, inſaniæ tamē inſimulaba-
Act. 2. tur: & Apoſtoli, cum diuiniſſimè
in eis Spiritus ſanctus loquere-
tur, pro temulentis habebantur.
At enimuero is, qui verè ac ſeriò
Chriſti fidem profitetur, è mun-
di indiciis pendere minimè de-
bet, qui, vt cæcus de coloribus,
iudicare conſueuit: verùm eo po-
tius nomine præclarè ſecum agi
cenſere, quòd apud mundum in
1. Cor. 1. ſtulti exiſtimatione ſit, illud vide-
licet exploratum habens, huiuſ-
modi ſtultos & infirmos à Deo
electos eſſe, vt fortia confundat.
Multo etenim ſatius eſt tantiſper
Col. 3. expectare, dum Chriſtus vita no-

ſtra appareat, vt vna cum eo in gloria appareamus, quàm hîc ad breue tempus fulgere, ac deinde in fumũ dilabi, vel, vt rectius loquar, ſempiterno igne conflagrare. Porro quo magis illuſtretur ea ſimilitudo, quam hoc carmine expreſſimus, non alienum fuerit id in medium proferre, quod Auguſtinus rurſus ait, hunc Iobi locum exponens, Si præcipit lunæ & non lucet. Fortè, inquit, rationalis animæ natura figuratè hîc inſinuatur, cui ſol intelligibilis eſt lumen illud verum, quod illuminat omnem hominem. Et quoniam tanto magis luna lucet terrenis aſpectibus, quanto magis recedit à Sole, cum autem appropinquat Soli, interimitur terris, intelligamus animę diuinitus præcipi, vt ſuperata natiuitate terrena atque mortali, qua ſplen- *Iob. 25.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dor eius apparet terreno ſenſu videntibus, appareat & propinquet ſubiugeturque ſapientiæ: quò eius luce ſecretiſſima exultás, caueat facere iuſtitiam ſuam
Mat. 6. coram hominibus, vt videatur ab eis: ſed, cum gloriatur, in DOMINO glorietur: quia & cum apparet hominibus, dono Creatoris apparet.

Rebus caducis fidendũ non eſſe.

3.

AN ſapit is, preſſus qui fluctibus arripit algam:
Nec ſolidis nixus littora tuta petit?
Haud magis ille ſapit, qui vitæ in fluctibus huius
Præponit ſolidis fluxa, miſérque perit.
Vt fugias igitur tanti diſcrimina ponti,
Nec caput iſta minax obruat vnda tuum:
Spémque, fidemq;, agapemq; tene, fluxa omnia linquẽs.
Has nihil in tabulas vlla procella poteſt.

SCHOLIA.

Huius Carminis argumentum à Bernardo mutuatus ſum, cuius

ſerm.1.de aduẽt. hæc verba ſunt. Infelices filij Adam, omiſſis veris & ſalutaribus ſtudiis, caduca potius & tranſitoria quærunt. Quibus aſſimilabimus homines generationis huius, aut quibus cõparabimus illos, quos videmus à terrenis & corporalibus conſolationibus auelli ſepararique nõ poſſe? Profectò ſimiles ſunt his qui ſubmerſi periclitantur in aquis. Nimirũ videas eos tenere, nec vlla ratione deſerere, quod primũ occurrerit manibus, quicquid ſit illud: licet ſit tale aliquid, quod omnino prodeſſe non poſſit, vt ſunt radices herbarum, cæteráque ſimilia. Sic pereunt in hoc mari magno & ſpatioſo, ſic pereunt miſeri, dum peritura ſectantes, omittunt ſolida: quibus apprehenſis emergere & ſalutare poſſent animas ſuas. Neque enim

Ioan.8. Lib.2. Pæd. cap. 10.

de vanitate, ſed de veritate dicitur, Cognoſcetis eam, & liberabit vos. Hæc Bernardus. Ad eundemque modum Clemens Alexandrinus ſtultos ait, non veris ac ſolidis rebus, ſed iis tantùm, quæ ſpecie tenus atque opinione ſunt, animum adiicere: perindéque illis, vt mente captis, accidere, qui alba nigra eſſe ſibi fingunt.

Carnale gaudium nil eſſe præ ſpiritali.

4.

Sidera qui, nunquam ſpectato Sole, videret,
Aut etiam quæ dat lumina nocte ſoror:
Nuſquam ſplendidius lumen, nec clarius orbi
Quæ præluceret, crederet eſſe facem.
Sic quoque qui ſanctæ non ſenſit gaudia mentis,
Hæc, caro quæ ſequitur, gaudia ſola putat.
At qui letitiam nouit ſenſitque piorum,
Protinus huic mundi nil ſapit omnis amor.

SCHOLIA.

Plato initio lib.7. de Repub.

quoſdam fictè inducit, qui iam indeab ineunte pueritia in ſubterraneo quodam antro incluſi atque educati fuerint, nec quicquam vnquam niſi ad facis vmbrã viderint: ob eamque cauſam vmbras ipſiſſimã veritatem eſſe ſibi perſuadeãt, nec pulchrius & illuſtrius lumen vſquam inueniri poſſe, quàm quo ipſi fruuntur. Gregorius autem Nanz. carnales homines, qui propterea quòd ſpiritalis lætitiæ ſuauitatem minimè deguſtarunt, corporeas voluptates pro ſumma felicitate ducunt, piſcibus comparat, qui quoniam vmbram duntaxat Solis & Lunæ in aquis proſpiciunt, obſcura hac luce perinde oblectãtur, ac ſi nulla vſquam clarior ac præſtantior eſſet. Ac proinde idem, vt Nemeſij amorẽ à rebus fluxis & fragilibus ad Deum cõ-

In præcept. ad virg.

Carm. ad Nemeſ.

uerteret, his verbis vtebatur: Vtinã Christus pectus tuum ſagitta ſua transfixiſſet. Etenim vtrumq; amorem perpẽdens, intelligeres profectò quanto ſuauior ſit aculeus ille, quem in hominum pectoribus figit. Atque eodem modo Hieronimus elegantem ſimilitudinem affert, nec multum à Platonica illa remotã. Quomodo, inquit, ſi igniculum lucernæ videns, contentus eſſem eo lumine, & poſtea orto Sole nõ cernerem quod lucebat, ſtellarũ quoq; lumina iubare viderem Solis abſcondi: ita aſpiciens elementa, & rerum multiplicem varietatem, admiror quidem operũ magnitudinem. Recogitans autem omnia pertranſire, & mundum ſuo fine ſeneſcere, ſolumque Deum illud ſemper eſſe quod fuerit, cõpellor dicere: non ſemel, ſed bis,

Cap. 1 in Eccleſ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vanitas vanitatũ,& omnia vanitas. Quin eo quoque antiquior Origenes hunc Pſalmiſtæ locũ explanans, Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens, ita loquitur: Contemnamus iſtã vitam vanam, & feſtinemus ad ſanctam vitam ac beatam & veram, & in illam animo & mente tẽdamus, omni vanitate diſcuſſa. Nec dicamus dulcem iſtam lucẽ, qua nunc vtimur. Hoc enim illi dicunt, qui dulcedinem veræ lucis ignorant, ſed ne auſpicia quidem veri luminis vlla ſenſerunt, nec ſciunt angelicam vitam ſperandam eſſe animæ, cùm ex vanitate huius vitæ euaſerit. Vnde etiam Gregorius, dulce eſt, inquit, in rebus humanis, ſed ei qui adhuc de cœleſtibus gaudia nulla guſtauit.

Hom. 1. in Pſal. 38.

Hom. 10. in Ezech.

At qui lætitiam) Qui ſemel, in-

quit Bernardus in cōtemplatio-
ne diuinam dulcedinem deguſta-
uit,neſcio an ipſam gehennam
ad tēpus horribilius experiri du-
cat, quàm poſt ſpiritualis huius
exercitij deguſtationē aut ſuaui-
tatem, exire denuo ad moleſtias
carnis, & ad carnaliū ſenſuū tu-
Hom. multus.Et D.Gregoriꝰ ſpirituali
14. in E- ſenſu exponēs illud Geneſis, vbi
zech. Iacob poſt luctā cum angelo ini-
tā claudicare dicitur, Poſt agni-
tionē,inquit,ſuauitatis Dei, vnꝰ
in nobis pes ſanus remanet, atq;
aliꝰ claudicat,quia neceſſe eſt,vt
debilitato amore ſeculi,conuale-
ſcat ad amorē Dei. Si ergo tene-
mus angelum, vno claudicamus
pede: quia dum creſcit in nobis
fortitudo amoris intimi,infirma-
tur proculdubio fortitudo car-
nis. Omnis quippe qui vno pe-
de claudicat, ſoli illi pedi inni-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

titur, quem ſanum habet.

Mentis oculos in Deo ſemper fixos eſſe debere.

5.

AEquora qui fragili ſulcat male fida carina,
Quid, curſum vt teneat, nocte ſilente facit?
Peruigil ad cœlum tendit ſua lumina, ſidus
Spectat & in boreo iuge quod axe micat.
Quiſquis iter vitæ ſequeris, vitæque perennis,
Ne tua ſint terræ lumina fixa, caue.
Semper at æthereas ſublimi vertice ſedes
Conſpice: ſic tutum lætus habebis iter.

SCHOLIA.

Huius carminis argumentum Lactãtius mihi ſuppeditauit, qui lib. 6. Inſtit. cap. 8. his verbis vtitur. Eadem ratione hanc vitæ viã quæri oportet, qua in alto iter nauibus quæritur. Quiſquis autem rectum iter vitæ tenere nititur, non terram debet aſpicere, ſed cœlum: &, vt apertius loquar

non hominem ſequi debet, ſed Deum, nō his terreſtribus ſimulacris, ſed Deo ſeruire cœleſti: nō ad corpus referre omnia, ſed ad mentem: non huic vitę dare operam, ſed æternæ. Itaque ſi oculos ſemper in cœlum intēdas, & Solem, qua oritur, obſerues, eúmq; habeas vitæ, quaſi nauigij, ducē, ſua ſponte in viam pedes dirigētur: & illud cœleſte lumen, quod ſanis mētibus multò clarius Sole eſt, quem hîc carne mortali videmus, ſic reget, ſic gubernabit, vt ad ſapientiæ virtutiſque portum ſine vllo errore perducat.

Stultum eſſe, qui in mundi proſperitate fiduciam collocat.

6.

STultus vt eſt, leuibus ventis qui fidit, & vmbrā,
Et noctis placidæ ſomnia certa putat,
Scribere quique in aquis molitur: ſic quoque figit

Qui ſpes in mundi proſperitate ſuas.
Atque ideo in terris firmi nil prorſus vt eſſet,
Conſtituit, ſupera qui manet arce, Pater.
Scilicet vt firmi nihil hîc ſtabiliſque videntes,
Tendamus celeri ſemper ad aſtra pede.

SCHOLIA.

Atque ideo in terris) Hanc cauſam affert Gregorius Theologus, cur Deus res humanas in ſumma varietate atque inconſtantia verſari voluerit: nempe vt earum inſtabilitate perſpecta, noſtrum amorem ad ea conferamus, quæ mutationis omnis atque inconſtantiæ expertia ſunt. *Orat. de paup. amor.*

Nullo nomine adeo dolendum eſſe vt ob peccata.

7.

QVid facit is, cui parca tulit crudelis amicum,
Aut rapuit ſæua pignora chara manu?
Protinus & ludos pellit, riſuſque, iocoſque:
Nil famam & plauſus curat, opeſque nihil.
Eia age, cura tuæ ſi te tenet vlla ſalutis,
Quæ dicam memori pectore conde, precor.

Quod carni præſtas alienæ, morte peremptæ,
Hoc animæ præſta ſedulus ipſe tuæ.

SCHOLIA.

Quod carni præſtas) Chryſoſtom' in quadam homilia ſtatum hominis, qui propinquum aliquem aut ſingularem amicum morte amiſit, fuſiſſimè deſcribit, oſtendens nimirum, quemadmodum in luctu ac ſqualore verſetur, omnémque animi oblectationem prorſus reſpuat, totúſque in triſti cogitatione defixus ſit. Ac poſtea ita cõcludit: Quod tu alienæ carni exhibes, hoc animæ tuæ exhibe. Et ſanè præpoſterum admodum eſt, amicorũ corporea morte diſcruciari, atque interim ob ſua peccata minimè angi: cùm, vt eſt apud Apoſtolum, triſtitia, quæ ſecundum carnem eſt, mortem operetur, ea autem quæ ſecundũ Deum

Hom. de cõpunct. cord.

1. *Cor.* 7.

Deum eſt, pœnitentiam in ſalutẽ ſtabilem pariat. Cyprianus eos, qui perſecutione graſſante fidem abiurauerant, ad pœnitẽtiam cohortans, eandem planè ſimilitudinem vſurpat, quàm Chryſoſtomus, ac poſt eum etiam Auguſtinus. *Serm. de Lapſ.* *Serm. 41 de ſanct.*

In cœlo theſaurizandum non in terra.

8.

QVis ſapere hunc dicat, Cereris qui condit in imo
Munera, nec ſuperis collocat illa locis?
Non minus inſanit, ſua qui non condit Olympo,
Sed credit terræ, quas malè ſeruat, opes.
Viſne igitur tua non pereant, non pabula blattis
Suppeditent, furis non metuantque manus?
Pauperibus fer opem, promptuſque alimenta miniſtra.
Conſeruabis opes hac ratione tuas.

SCHOLIA.

Quis ſapere hunc dicat) Auguſtinus Tract. in 48. Pſal. exponens hunc verſ. Non dabit Deo placationẽ ſuam, vt diuites ad bene de pau-

peribus merendum adducat, ai
perinde eos facere, qui in terra
theſaurizant, vt ij qui fruges ſuas
in imis & humidis locis recon-
dunt, non animaduertentes hinc
fore, vt quàm ocyſſimè putreſcát.
Quæquidem ſimilitudo ad inſe-
ctādam auarorum inſaniam per-
quam appoſita eſt. Hanc autem
hauſiſſe videtur ex eo Euangeli
Luc. 12. loco, Theſaurizate vobis theſau-
Iac. 5. ros in cœlo &c. vel ex eo Iaco-
bi, Diuitiæ veſtræ putrefactæ
ſunt &c.

Spiritalis querela.

9.

QVidnam optem infelix? vitámne, an funera? nā q
Plus viuo, ſcelerum plus mihi creſcit onus.
Sed quid? ſi moriar, iam non delere licebit
Crimina per lachrimas, quas metanœa parit.
Quidnam igitur faciā, cum mēs ab vtraque trahat
Parte, nec, expediat quid mihi, ſcire queam?
Ad te confugio, ſupplex tibi brachia tendo:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et maneo nutus, optime Chriſte, tuos.

SCHOLIA.

Quidnam optem infelix) Hæc anxij animi dubitatio à Gregorio Nanzianz. ſumpta eſt. Eámque ipſe ab Apoſtolo viciſſim ſumpſiſſe videtur, qui animi pendebat, vtrā potius expetere deberet vitámne an mortem: tametſi dubitationis cauſæ in vtroque minimè pares ſint. Atque eodē modo Bernardus grauiſſimum ex calamitoſo ſui tēporis ſtatu mœrorem ſentiens, Tędet, inquit, viuere, & an mori expediat neſcio: & ideo forte etiā in votis diſtem à ſanctis (Paulum & Eliam intelligit) quòd ipſi prouocentur deſiderio meliorum, cum ego ſcandalis & ærumnis compellar exire. &c. Quibus verbis indicat vir ſanctiſſimus, perfectioris eſſe

Car. 2. de Fragil. hum.

Philip. 2

Bern. epi. 189.

virtutis,inſtar Pauli,mortem o-
ptare,vt cũ Chriſto ſimus, quàm
hac tantum ratione eam expete-
re, vt huiuſce vitæ miſeriis exi-
mamur.

Colendam eſſe vitæ aſperitatem.

10.

LVde,bibe,& dapibus ventrem farcire memento:
Pallida nam tibi cras mors erit ante fores.
Audirem tua dicta libens,ſequererque, monentem:
Ni tua mi facerent vltima verba metum.
Nam mihi ſi lucem lux craſtina tollet,vt inquis,
Sunt aduerſa mihi dicta canenda tuis.
Ieiuna,ſupplexque preces lachrimaſque profunde:
Quandoquidem tibi lux poſtera mortis erit.

SCHOLIA.

Lude,bibe.)Edamus & bibamu
inquiũt apud Paulum Epicure
Tract.in Pſal.70. cras enim moriemur. Quę verb
expendens Auguſtinus, ait cau
ſam hanc,quam afferũt, eiuſmo
di eſſe,quæ potius eos à flagitio
ſa viuendi ratione deterrere de
Lib.3. beat.Clemens autem Alexandr

nus cauſam eſſe negat, cur ij, qui ita viuunt, dicant, Cras enim moriemur. Iam enim eos mortuos eſſe, ac mortuos ſuos ſepelire ait. Eodemque modo item Auguſtinus de iiſdem loquens, Illi, inquit ſe adhuc cras dicunt morituros. Veritas autem illos iam cum iſta dicũt inuenit mortuos. Vos autem, filij reſurrectionis, cauete imitari eos, qui cras ſperando moriuntur, & hodie bibendo ſepeliuntur. Talis nimirum erat Sabinianus ille, quem his verbis Hieronymus inſectatur, Deum ventrem vis habere pro Chriſto, ſeruis libidini, gloriaris in carne & confuſione tua, & quaſi pinguis hoſtia in mortem propriam ſaginaris.

Pæd. cap. 1.

Serm. 23. de verb. Apoſt.

Hiero. epiſt. in Sabin.

Quos fructus aduerſa valetudo pariat.

II.

QVis,bona quot nobis,quot morbus commoda ſec
Afferat adueniens,commemorare queat?
Faſtus abit,cadit ambitio,fugit ardor habendi:
Cum ludis fugiunt turpia verba procul.
Angitur ob noxas mens irrequieta priores:
Nec liber ſceleri curſus,vt antè,datur.
Ergo(breue vt faciam) ſic ſano corpore viue,
Victurum vt ſpondes,cum malè corpus habet.

SCHOLIA.

Lib.7. epiſt. *Quis bona quot nobis*) Plini⁹ ſec dus,poſteaquam in epiſtola qu dam multa vitia enumerauit, quibus ij, qui ægrotant, mor beneficio vindicantur,eam tand his verbis claudit, Tales eſſe ſa perſeueremus, quales nos fut ros profitemur infirmi. *In Pſal. 36.* Ambro ſius certè morbum virtutum o ficinam appellare non dubita *Nanz. epiſt.66.* Vnde etiã illud refert Gregori Nanzianzenus,quod cum Phil grij hortatu, qui aduerſa valet dine laborabat, in explanation

pſalmi. 72. de piorum calamitatibus, atque impiorum rebus ſecũdis, lõgam orationem habuiſſet, ille repente lecto exurgẽs, Deum ita alloqui cœpit. Gratias ago tibi, Pater, ac tuorum hominum creator, quòd de nobis etiam inuitis ac repugnantibus bene merearis, ac per externum hominem internum purges, atque per contraria nos ad beatum finem ducas. Vide etiam de hac re epiſtola. 16.

De miſero & calamitoſo huius vitæ ſtatu.

12.

INfantem tumida mater dum geſtat in aluo,
Carceris in tenebris conditus ille iacet.
Sic quoque vitales miſeri dum carpimus auras,
Orbos nos rigidus lumine carcer habet.
At ſi certa fides, ſi ſpes in funere ſancta,
Sincerúſque Dei nos comitetur amor:
Nil erit anguſtum nobis, nitidumque beatæ

Cernemus Triadis tempus in omne diem.

SCHOLIA.

Infantem tumida) D. Ioannes Chryſoſtomus huiuſce vitę calamitates ſecum reputãs, adeóque denſas tenebras, vt etiam perſpicaciſſimi quique nõ niſi per ſpeculum & in ænigmate videant, homines infantibus materna aluo adhuc incluſis non ineptè cõparat. Nunc, inquit, quemadmodum in vtero puellus, ſic in mũdo viuimus multis intercluſi anguſtiis, venturíque ſeculi neque fulgorem neque claritatem valẽtes intueri. &c.

Paræn. 1. ad Theod. Capſ.

A mundo iam caduco abducendum amorem eſſe.

13.

DIffuge munde ſenex, tam fœde & ſordide, vix iam
Fallere qua poſsis, ars ſit vt vlla tibi.
Non mirum iuuenem multis placuiſſe: ſeniles

Nunc iam ruga genas inficit ito procul.
Quàm ſunt laudandi, qui te florente iuuenta
Spreuere, & luxus, delici aſque tuas:
Tam ſunt in vitio, qui nunc in fata ruentem,
Atque omni vacuum proſperitate, colunt.

SCHOLIA

Mundus, inquit Auguſtinus, tanta rerum labe contritus eſt, vt etiam ſpeciem ſeductionis amiſerit. Nam quantum illi laudandi atque prædicādi ſunt, qui dignati non ſunt etiam cum mundo florente florere, tantùm increpandi & accuſandi ſunt, quos perire cū pereunte delectat. Et rurſum alio loco: Si finis mundi eſt, migrandum eſt de hoc mundo, nō amādus eſt mundus. Ecce turbatur mūdus, & amatur mūdus. Quid ſi tranquillus eſſet? Formiſo quomodo hæreres, qui ſic amplecteris fœdum? Flores eius quomodo colligeres, qui à ſpinis non reuo-

Epiſt. 45. ad Armentar.

Serm. 245. de temp.

cas manũ? Nõ vis relinquere mũdũ: relinquit te mũdus, & ſequeris mundũ. Ac rurſ⁹ alibi mundũ ita alloquitur: O mũde immũde, quid ſtrepis? quid auertere conaris? Tenere vis pariẽs: q̃d faceres, ſi maneres? Quẽ nõ deciperes dulcis, ſi amarus alimenta mentiris?

Serm. 29. de verb. Dom.

45. epiſt. *Quàm ſunt laudandi*) Hæc ex ea epiſt. Auguſtini, quã modo citauimus, ſumpta ſunt. Et ſanè quid tam prępoſterum, quàm, cum tot pij homines mundi amorem, etiá cùm lætiſſima quadam facie omnibus arrideret, dulciſſimíſque illecebris plenus eſſet, ex animo ſuo prorſus eiecerint, nos contrà ita ei addictos affixóſq; eſſe, vt ne tot quidem ſcandalis & calamitatibus, quibus vndique ſcatet, ab eo dimoueri poſſimus? Scipio Naſica, cum vrbem Romanã luxu perditam ac profligatam cer-

Lib. 1. de ciuit. Dei cap. 33.

neret, illud dicere ſolebat, Stant mœnia, ruunt mores. Nos verò vtrũque dicere poſſumus, Ruunt mœnia, ruunt mores: vel, quod grauiter ſcribit Hieronymus, Or- *Epiſt. ad Gaudẽt.* bis terrarum ruit, & vitia in nobis non ruunt. Vnde etiam Cyprianus ab imminente mundi exitio Demetrianum ad æternæ vitæ ſtudium hortatur. Mundus, inquit, iam loquitur, & occaſum ſui rerum labentium probatione teſtatur. Et Chryſoſtomus id me- *Chryſ. de vanit. & breuit. vitæ.* ritò queritur, nemini in mẽtem venire, quòd hæc mundana breui ruitura ſint, cum tamen res ipſæ quotidie hoc clamẽt. Húcque *epiſt. 136* ſpectat elegans illa Auguſtini ſimilitudo, in epiſt. ad Cler. & pop. Hippon. Sicut ad loca munitiora feſtinantius migrant, qui ruinam domus vident contritis parietibus imminere: ſic corda Chri-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtiana, quanto magis ſentiunt mundi huius ruinam crebreſcẽtibus tribulationibus propinquare, tanto magis debent bona, quæ in terra recondere diſponebant, in theſaurum cœleſtem impigra celeritate transferre. Et ſi aliquis humanus caſus acciderit, gaudeat qui de loco ruinoſo emigrauit. Si autem nihil tale fuerit ſubſecutum, non contriſtetur, qui quandoque moriturus, immortali Domino, ad quem venturus eſt, bona propria commendauit.

Tam ſunt in vitio) D. Gregorius hom. 18. in Ezechielem, poſtquã ſui temporis calamitates fuſiſſime deſcripſit, his verbis vtitur: Quid eſt ergo quod in hac vita libeat, fratres mei? Si & talem mũdum adhuc diligimus, non iam gaudia, ſed vulnera amamus. Et

paulo poſt: Deſpiciamus ergo ex toto animo hoc pręſens ſeculum vel extinctum. Finiamus mundi deſideria, ſaltem cum mũdi fine. *Lib.3.ca. vlt.* Ac rurſus in eandem ſententiam in Dialogis ſuis ad hunc modum loquitur. Deſpiciendus à nobis hic mundus fuerat, etiamſi blandiretur, ſi rebus proſperis demulceret animum. At poſtquam tot flagellis premitur, tanta aduerſitate fatigatur, tot nobis quotidie dolores ingeminat, quid nobis aliud quàm ne diligatur clamate? Verùm in Homiliis ſuis *Hom.28* in Euangelia dolentius adhuc ita loquitur: Sancti iſti ad quorum tumbam conſiſtimus, florentem mundum mentis deſpectu calcauerunt. Erat vita longa, ſalus cõtinua, opulentia in rebus, fœcunditas in propagine, tranquillitas in diuturna pace: & tamen cum

in ſeipſo floreret, iam in eorum cordibus mundus aruerat. Ecce iam mundus in ſeipſo aruit: & adhuc in cordibus noſtris floret, Vbique mors, vbique luctus, vbique deſolatio, vndique percutimur, vndique amaritudinibus replemur: & tamen cæca mente carnalis concupiſcẽtiæ ipſas eius amaritudines amamus. Fugientẽ ſequimur, labenti inhæremus. Et quia labentem retinere non poſſumus, cum ipſo labimur, quem cadentem tenemus. Aliquando nos mundus delectatione retraxit à Deo. Nunc tantis plagis plenus eſt, vt ipſe nos iam mundus mittat ad Deum.

Contemptum Dei in cauſa eſſe, cur carni animus minimè imperet.

14.

QVid mirum eſt,menti quòd ſit caro ſerua rebellis,
Nec iuſsis dominæ pareat illa ſuæ?
Mens meritas pendit pœnas in carne rebelli:
Obſequium dominæ cum neget ipſa ſuæ.
Vt mentis caro iuſſa tuæ non pigra faceſſat,
Fac tua mens ſeruet ſedula iuſſa Dei.
Ordinis hoc etenim ratio exigit,vt caro mentis
Imperio ſubſit,mente ſequente Deum.

SCHOLIA.

Homo,inquit Auguſtinus, accepit corpus tanquam in famulatum: habens ſupra ſe conditorem,infra ſe,quod ſub illo conditum eſt. In medio quodam loco rationalis anima conſtituta, legẽ accepit, hærere ſuperiori, regere inferiorem. Regere non poteſt inferiorem, niſi regatur à meliore. Trahitur ab inferiore? deſeruit ergo meliorem. Non poteſt regere quod regebat, quia regi noluit à quo regebatur. Et paulo ſuperius: Si hærebis ſuperiori, calcabis inferiora: ſi autem recedas à *Tract. in Pſal. 145*

ſuperiori, iſta tibi in ſupplicium conuertentur. Atque ad eundem modum Bernardus in quodam ſermone his verbis vtitur: Si poſſidere vult anima, ſi regnare deſiderat ſuper membra ſua, neceſſe eſt vt ſit ipſa mitis, & ſuperiori ſuo ſubiecta: quoniam tale inueniet inferius ſuum, qualem ſe exhibuerit ſuperiori. Armatur enim creatura ad vlciſcendam ſui iniuriam Creatoris. Et ideo nouerit anima, quæ rebellem ſibi inuenit carnem ſuam, ſe quoque minus quàm oporteat ſuperioribus poteſtatibus eſſe ſubiectā.

Serm. 1 dij feſt. omn. Sāctor.

Nulla re fluxa animum ſatiari poſſe.

15.

Gaudia qui mundi, qui magnos quærit honores,
Et ſequitur falſas non bene ſanus opes,
Arripit hic vmbram pro corpore, paſcitur aura
More lupi, eſuriem ſtultus alitque ſuam.
Namque adeo eſt generoſa hominis natura, caduci

V

Vt mentem prorſus nil ſatiare queat.
Quippe, Deum præter, nil mentem expleuerit vnquā:
Ætherei cùm ſit numinis ipſa capax.

SCHOLIA.

Vincula huius mundi, ait Augu- *Epiſ.39.*
ſtinus, aſperitatem habēt veram, iucunditatem falſam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miſeriæ, ſpem beatitudinis inanem. Si quibus pharmacis huius vitæ officina referta ſit, perſpectum habere cupis, audi quid dicat Chryſoſtom[9]: Nihil *Hom.22 ad pop. Antioch.* habet hæc vita niſi lachrimas, & opprobria, & cōuitia & triſtitias & negligentias, & labores, & morbos, & ſenectutem, & peccata, & mortem. Ac proinde ſtultus eſt qui ſatietatem vllam in rebus fluxis & caducis ſibi pollicetur. Qui pecuniā diligit, inquit Bernardus, non ſatiatur: qui luxuriā, *lib.de cō-uerſ.ad*

cler. cap 22. non ſatiatur: qui gloriam, non
tiatur: denique qui mundum,
ſatiatur. Et aliquāto inferius:
tietatem non parit copia, ſed
temptus. Sic fatui filij Adam, p
corum vorando ſiliquas, n
eſurientes animas, ſed eſuri
Super his verb. Euāg. Ecce nos reliq. ipſam paſcitis animarū. Et in e
dem ſentētiam alio loco, ſic r
ſus loquitur: Anima rationa
ad imaginem Dei creata, cæte
quidem rebus occupari pot
ſed non impleri. Capacem en
Dei creaturam nihil, quod D
minus ſit, vnquam implebit.

De ſpirituali gaudio piorum
16.

Nil ſibi conſciſcat, qui læta viuere mente,
Atque metu vacuos geſtit habere dies.
Qui probus eſt, nullo qui pallet crimine, cuique
Intima commiſſum non ferit oſſa ſcelus,
Ille nec horrendi pauidus tremet ora tyranni,
Mille nec armatas in ſua fata manus.

Quinetiam, terræ ſi fractus concidat orbis,
Obruet impauidum vaſta ruina caput.

SCHOLIA.

Scriptura ſacra piæ animæ, nulliuſque ſceleris ſibi conſcię, tranquillitaté iugi conuiuio ſimilem eſſe ait. Et ſanè nulla eſt in hoc mundo lætitia, quę cum ea comparanda ſit, qua is afficitur, cuius animus nullis ſcelerum maculis tinctus eſt. Vnde etiam Auguſtinus metaphoricè per paradiſum ſpiritualem omnem regionem ſignificari tradit, in qua animæ bene eſt. Eóque nomine voluptaté eam, quæ ex conſcientiæ puritate percipitur, optimo iure paradiſum nũcupare quis poſſit: quòd in ea Deus habitare non dedignetur, velut his verbis teſtatur Sapiens, Anima iuſti ſedes eſt ſapiétię. Et Chriſtus apud Ioãnem, Ego & pater ad eum veniemus

Prou. 15.

Lib. 10. de Geneſ. ad Nard.

Sap. 7.

&manſionē apud eum faciemu
Lib. ſen-tent. Quemadmodum igitur nullæ,
eſt apud Auguſtinum, grauior
pœnę ſunt, quam malæ conſci
tiæ, in qua, quia Deus non e
nulla conſolatio reperitur: ſic c
trà nulla ſuauior oblectatio fi
poteſt, quàm bonæ conſcienti
quę, cum Deum hoſpitē habe
fieri non poteſt quin omni co
ſolatione ac beatitudine afflu
Atque ab huiuſmodi beatitu
ne, ne in accerbiſſimis quidē a
Iob. 27. flictionib⁹ ſuis, Iob deſerebatu
cum ſe à ſuo corde numquam r
prehenſum eſſe aſſereret. Qu
quidem dicto conſcientiæ ſu
puritatem atque integritate
apertiſſimè declarabat. Qu
enim hunc beatum prædica
dubitet, qui verè huiuſmo
verbis vti poteſt, nec qui
quam quod animum vellicet a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

que exedat, in ſe ſentit? Etenim
hac ratione in perpetua trāquil-
litate, libertate, lætitia, ac ſpe ver-
ſatur. Atque, vt cum Horatio lo- *Lib.1.e-*
quar, muri ahenei inſtar eſt. Cæ- *piſt.*
terum illud meminiſſe oportet, *Lib.1.*
quod à Clemente Alexandrino *Strom.*
memoriȩ proditum eſt, nimirum
conſcientiȩ fundamentum in in-
tegritate vitæ poſitum eſſe. Por-
ro quò clarius conſtet, qua quiè-
te ac lætitia is fruatur, cui pietate
ac virtutis ſtudio nihil antiquius
eſt, non erit alienum, quæ de hac
re Chryſoſtomus ſcribat, hîc
proferre. Siquidē ille de horrēda *Conc. 1.*
miſeria, in qua diues ille in lazarū *de Laza.*
crudelis, etiam in mediis diui-
tiis, hȩrebat, verba faciens, ita lo-
quitur: explica mihi, inquit, iſtius
iniqui diuitis cōſcientiam, & vi-
debis grauem peccatorum tu-
multum, iugem metum, tempe-

ſtatem, turbationem. Videbis v
lut in curia mentem ad thronu
conſcientiæ conſcendiſſe regal
& tanquam iudicem quempia
ſedentem , & cogitationes l
co carnificum adhibentem, i
equuleo ſuſpẽdentem, latera c
ſcientiæ radentem vngulis, p
commiſſis vehementer inclan
mantem. Et paulo inferius: Vol
ptas quidem temporaria eſt, d
lor verò perpetuus, timor vnd
que ac tremor, ſuſpicio, & anxi
tas. Angulos metuit, vmbras ip
ſas formidat, ſuos ipſos famulo
conſcios, inſcios. Obambulat
marum accuſatorem circunfer
conſcientiam: cùm ſit ſuo iudici
damnatus, nec vel ad breue tem
pus poſſit reſpirare. Nam & in le
cto, & in menſa, & in foro, & in
domo, & interdiu, & nocte, & in
ipſis frequenter ſomniis, hęc ini

quitatis ſimulachra videt, ipſiuſque Cain vitam viuit, gemens ac tremens ſuper terram. Ex iis Chryſoſtomi verbis liquet eos in magno errore verſari, qui improbitatem nullo modo obſtare exiſtimant, quo minus plerique in ſumma voluptate curriculum vitę conficiant. Quibus coronidis vice hoc adiungam, quod Ethnicus quidam philoſophus ad hunc modum ait: Non poteſt gaudere niſi fortis, niſi iuſtus, niſi temperans. Quid ergo, inquis, ſtulti ac mali non gaudēt? Non magis quàm prædam nacti, cum fatigauerunt ſe vino ac libidinibus. Tunc exclamãt miſeri Virgilianum illum verſum, Namque vt ſupremam falſa inter gaudia noctem Egerimus, noſti. Omnem noctem luxurioſi inter falſa gaudia agunt. *Senec.*

Illud autem gaudium quod deo-
rum ęmulos ſequitur, non inte-
rumpitur,non deſinit.

Abiiciendum eſſe rerum ca- ducarum amorem.

17.

ECquid eris ſemper duro gens perfida corde?
Semper erunt veris vana priora tibi?
Fluxáne contemptis,quæ ſecla in cuncta manebunt,
Gaudiáne, & vanas ſemper amabis opes?
O,queis falſa ſapit mundi tam dulce voluptas,
Quam magis hac ſapiat dulce probate Deus.
Tum cito vileſcent perituræ gaudia vitæ
Omnia:tum vobis mundus acerbus erit.

SCHOLIA.

Orat. de ſuis ſerm. Gregorius Nanzianzenus ele-
gantem exhortationem his quo-
dam modo verbis auſpicatu
Mendacij vocabulum, quo Da-
uid vſus eſt,de falſo pretio intel-
ligens, quod homines rebus flu-
xis & fragilibus tribuunt.Atque
hunc etiam locum , etiamſi ſup-
preſſo Authoris nomine , citat

Damaſcenus in hiſtoria Barlaam: ſi tamen ille huius libri author eſt.

Ei qui ſalutis iter tenet, mentis aciem ad res fluxas minimè flectendam eſſe.

18.

Alta perangustæ petiit qui culmina rupis,
Mentem præ nimio ſentit abire metu.
Vertice neue miſer pereat delapſus ab alto,
Non debet pauidum flectere lumen humi.
Sic qui virtutis ſummam penetrauit ad arcem,
Vitabit lapſus hac ratione graues.
Namque ſuos torquere oculos non debet ad ima,
Nec canis ad vomitum more redire ſuum.

SCHOLIA.

Alta perangustæ) Chryſoſtomus eos qui virtutis iter tenent, admonens ne oculos reflectant, atque ad priſtina ſtudia reuertantur, eam ſimilitudinem adhibet, quam hoc carmine exprimere ſtudui. Quò etiam ſpectat id *Hom. de virtut. & vit.*

In Pſal. 90. ſerm. 3. quod ait Bernardus: Bene factu
eſt vt pēnas acciperetis ſicut c
lumbæ, & volaretis ad requ
ſcendum. Nam in terra non e
requies: ſed labor & dolor
afflictio ſpiritus. Quid ergo
mendum eſt ſic volanti, niſi
forte cadauer vel ſimile aliqu
in terra videat, cuius deſide
tractus videatur à venatorib
illis peſſimis, & præparatis
queis capiatur, & ſint noui
ma hominis illius peiora pr
Luc. 11. ribus. Hoc inquam, omni
timendum eſt, ne quis, aut c
de ſolo, aut etiam corpore,
vomitum reuertatur. Quin
Luc. 17. Chriſtus exemplo vxoris Lo
nos admonet, vt operam dem
ne res huiuſce vitæ, ac relicta
mel vitia, rurſus amplectamu
Hier. 34 Legimus item apud Hieremia
quemadmodum Deus grauiſ

mas minas aduerſus eos intendat, à quibus illi in ſeruitutem retrahebantur, quos libertate donauerant. Quanto ergo in grauiore metu eos verſari cóuenit, qui Dei beneficio ex ſeruitute in libertatem vindicati, ſeruile iugũ rurſus ſubire non dubitãt? Quocirca longè ſatius eſt animalia ea Ezechielis imitari, quæ ita incedebant, vt non reuerterentur. Qua quidem figura homines in virtute firmi atque conſtantes deſignantur, qui, cùm aratro manum impoſuerint, retrò iam non reſpiciunt. Huc etiam facit, quod eſt apud Origenem: Si, inquit, iã gratiam baptiſmi conſecutus es, & annumerat⁹ inter filios Iſrael, ac ſuſcepiſti in te Deum regem, & poſt hæc declinare volueris ad opera ſeculi, agere act⁹ terræ, lutea explere miniſteria, ſcias &

Ezech. I.

Hom. I. in Exod.

agnoſcas quia ſurrexit in te re
li⁹, qui neſcit Ioſeph, rex Ægyp
& ipſe te cogit ad opera ſicca,
te facit laterem ſibi operari,
lutum. Sed & Chryſoſtomus,
oſtendat quantum ſtudij atq
diligentię ei ſit adhibendum,
animam ſuam inter tot diſcri
na, quibus vndique hæc vita ſ
tet, incolumẽ ſeruare ſtudet,
militudinem ducit à funamb
lis, qui ſi vel tãtillum oculoru
aciem hac vel illac flectant, pr
tinus ad ima ruunt, ac pereu
Eodem enim modo eos qui vi
iter ingrediãtur, ſi vel tantillũ d
ſidiæ ac ſopori ſe tradant, con
ſtim peſſum ituros eſſe verè a
quippe cũ hæc via, & anguſtio
& rigidior & altior, & pericul
ſior ſit, quàm funis ille.

Serm. de humil. et in Oſiã.

Oratio ad Deum pro obti-

nenda charitate.

19

SAncta Agape, gelidæ non cedens robore morti,
Sanctam in me quæſo confice ſancta necem.
Liuorem, ingluuiemque, & amorem interfice mundi.
Mollia cum ſtudio fac iugulentur opum.
O Deus, ô qui perpetuis amor ignibus ardes,
Fac caleant flammis pectora noſtra tuis.
Fac mea mens, ferro quæ nunc eſt durior omni,
Flexilis in rectum fiat ab igne tuo.

SCHOLIA.

Sancta Agape) Inter cæteras cauſas, quamobrẽ Scriptura charitatis robur morti comparet, Auguſtinus hanc libentius amplectitur, nimirũ quòd vt mors animam à carnis ſenſibus abſtrahit, ſic charitas eam à carnis concupiſcentiis auellat.

Sanctam in me) Quid aliud, inquit Ambroſius, in hac vita iuſti agunt, niſi vt exuãt ſe huius corporis cogitationibus, quæ velut vincula nos ligãt, & ſe ab his moleſtiis ſeparare contendant, renũ-

Lib. de bono mort. cap. 3.

ciẽt voluptatibus ſuis, atqu
xurias fugiãt & flãmas libid
Nonne igitur vnuſquiſq; in
vita poſitus ſpeciem mortis
tatur, qui poteſt ita ſe gerere,
moriantur omnes corporis
ctationes, & cupiditatibꝰ om
bus mundique illecebris et
ipſe moriatur: ſicut mortuus
Paulus, dicens, Mihi mũdus
cifixus eſt & ego mundo? At
Trac.65. in Ioan. eodem modo Auguſtinus de
myſtica electorum morte ita
quitur: Mors electorum, qua
cum in carne mortali adhuc
uetur, cor ſurſum ponitur,
qua morte dicebat Apoſto
Col.3. Mortui enim eſtis &c. Hinc
Cant.8. taſſe dictũ eſt, Valida ſicut m
dilectio. Hac enim dilectione
vt in iſto adhuc corruptibili c
pore conſtituti, moriamur h
ſeculo, & vita noſtra abſcõda

cum Chriſto in Deo:imò ipſa dilectio eſt mors noſtra ſeculo, & vita cum Deo. Si enim mors eſt quando de corpore anima exit, quomodo non eſt mors, quando de mundo amor noſter exit? Valida eſt ergo vt mors dilectio. Quid ea validius, qua vincitur mundus?

O amor) Auguſtinus in libris Confeſſionum ad hunc modum Deum alloquitur: O amor qui ſemper ardes, & nunquam extingueris, charitas, Deus meus, accende me.

Æquo animo ferendas eſſe afflictiones.

20.

QVid tibi, cum læta tot ſorte peregeris annos,
Nunc animus, pulſa proſperitate, cadit?
An tibi, cum mittat poſt proſpera multa dolores,
Cum tibi poſt ſudum nubila denſa Deus,
Frangi animo, turpeſque decet geminare querelas,

Oraque cum molli dilaniare coma?
An nimio mentem luctu tenebreſcere? mundus
Haud ſecus ac tibi lux, non Deus, antè foret.

Schoila.

Epi. 83. *Quid tibi*) Vir cordate, inqui
bat Auguſtinus ad Cryſin
Nunquid aut totum bonum
in iis rebus erat, quas nunc vi
ris amittere , aut tam magn
bonum illic deputabas , vt
ſubtracto tenebreſcat mens
mia triſtitia, quaſi lumen eius
Deus, ſed terra ſit. Et Paulo in
rius: Erige animũ, frater in C
ſto chariſſime , Deus no
non perit à ſuis , nec pe
ſuos. Vult, autem monere n
quàm ſint hęc fragilia & ince
quæ nimis diligunt homines,
ſoluamus ab eis vinculum cu
ditatis, per quod implicatos n
trahunt: & totum amorem n
ſtrum conſuefaciamus in e
conſ

conferre, in quo nulla damna timeamus. Quin etiam alio loco cauſam hanc affert, cur Deus terrenis felicitatibus amaritudinē admiſceat, nempe vt aliam felicitatem quæramus, cuius dulcedo minimè fallax ſit. Idem etiam ait Gregorius Papa in homilia nuptiarum. Præclarè itaque Oroſius: Nihil perdidi, vbi nihil amaui: totúmque habeo, quādo quem diligo mecum eſt.

ſerm. 28. de verb. Domi.

Lib. 5. cap. 2.

Mortis cogitatione peccata vitari.

21.

AN cupis aduerſus ſcelerum fœdiſsima quæque
Vulnera per facilem dem tibi promptus opem?
Cum te turpe aliquid tentat, fac illico mentis
Seſe mors oculis offerat atra tuæ.
Quiſquis enim horrendum Chriſti cū morte tribunal
Cogitat, hic omnis criminis hoſtis erit.
Flante velut valido nubes aquilone fugantur:
Sic meditata ſcelus mors procul omne fugat.

SCHOLIA.

An cupis) Hoc eſt quod ait
Eccle.7. piens, Memorare nouiſſima t
& in æternũ nõ peccabis. Mo
enim memoria plurimas no
vtilitates parit. Primùm ſiqu
prudentiam nobis affert, d
humanæ vitæ finem nobis
mo proponimus. Deinde hu
litatem ac mundi contempt
in nobis efficit: quemadmod
ait Hieronymus, Facilè conte
Epiſt. ad Paulin. nit omnia, qui ſe cogitat eſſe
riturum. Quinetiam, vt ſcri
lib.2. de doctr. Chriſt. Auguſtinus, tanquã carnis cl
omnes ſuperbiæ motus in cru
ligno figit. Denique hoc præ
vt voluptatum odium concip
mus, cum nos, quàm vanæ atq
inutiles in morte futuræ ſi
Hom.9. in Exod. perpendimus. Proinde Origi
myſtico ſenſu illud Scriptu
explanans, vbi magnus ſacerd
tintinnabula per indumenti c

cuitum habere iubetur, Hæc tintinnabula, inquit, quæ ſemper ſonare debent, in extremo veſtimenti ſint poſita: idcirco credo, vt de extremis temporibus & fine mundi nunquam ſileat. Quin & Muſonius, vt refert Maximus Tyrius, cum ex eo quęſitum eſſet quanam ratione vitæ curriculũ quiſpiam bene ac beatè conficere poſſet, reſpondit, Si extremum diem ſemper ſibi propinquum eſſe exiſtimet. Atque etiam Herodotus in more olim & inſtituto Ægyptiorum hoc poſitum fuiſſe ſcribit, vt in epulis cadauer quoddam conuiuis proponeretur, atque hęc verba adderentur, Hoc ſimulachrum cernens, bibe & lætare: talis enim à morte futurus es. Ac ſanè quemadmodũ qui longum ac neceſſarium iter ſibi proponit, atque id crebrò

mente verſat, eadẽ ratione qu
accuratiſſimè poteſt rebus
conſulit: ſic etiã fieri non po
vt hunc extremus dies impar
abripiat, cui mors aſſiduè
oculos verſatur, Quod quid
elogium Hieronymus quo
Fabiolæ tribuebat. Dũ quoti
ſe præparat, inquit, mors
imparatam inuenire non po

Epiſt. ad Oceã. de obit. Fabiol.

Metum mortis hinc oriri,
quòd vitæ acerbitates
horreamus.

22.

Cum ſit in æthereа ſita pars regione piorum,
Vnde metus mortis, quæ dat ad aſtra viam?
Vnde metus, quæris, venit hic? promptiſſima cauſa
Vita nimis nobis mollis, amœna nimis.
Ceſtibus vt pugnans excedere geſtit arena
Protinus, vt ceſſet vulnera dura pati:
Sic quem perpetui exercet, durique labores,
Ad meliora celer tendere regna cupit.

SCHOTIA.

Cum ſit in æthereа) Inter alias c

ſas, quas Chryſoſtomus adducit, cur mors nobis terrori eſſe ſoleat, hanc quoq; collocat, nimirũ quòd in auſteritate Chriſtianis digna minimè viuamus. Atque hîc exẽpli gratia monachos ſuæ tempeſtatis in medium profert, quibus ob vitæ aſperitatem, quã colebant, nihil optatius erat, quã ea quamprimum defungi. Ac ſimilitudinem ducit ab athletis, ceſtibus inter ſe pugnãtibus, qui ex arena protinus excedere cupiebãt, vt plagis iis quas ſubinde accipiebãt, eximerentur. Id quod mihi Sibaritani illius memoriã refricat, qui cũ Lacedæmoniorũ duriſſimã ac laborioſiſſimã vitæ degendæ rationem perſpexiſſet, negabat mirũ videri debere, ſi in grauiſſima quæq; vitæ pericula vltrò ac libenter ſeſe coniicerẽt, vt vita vſq; adeo dura ac miſera

Hom. 6. ad pop. Antioch.

Ead. Hom. 6. liberarentur. Quin & Chry
ſtomus eam eſſe cauſam ait,
Deus vitã hanc laboris & a
bitatis plenam eſſe voluerit
præſentium rerum afflictio
turorum bonorum deſideri
nobis excitet. Atq; hoc exem
Iſraelitarum oſtendit, quos D
duris ac moleſtis labori
idcirco exerceri permiſit, v
berationis deſiderio inflam
rentur.

Carnis cauſa non eſſe abi
ciendum animæ
ſtudium.

23.

ANcillæ inſeruit domina quicunque relicta,
Ecquis eum ſani pectoris eſſe putet?
Non ſani magis eſt animi, qui mollia quærens
Carni, animam lenta tabe perire ſinit.
Ille miſer memori prorſus tollatur ab æuo,
Nec videat quæ ſunt præmia certa piis,
Qui viduæ ſæuus neglexit commoda: verùm
Huic omnis ſterilem paſcere cura fuit.

SCHOLIA.

Ille miſer) Bernardus hunc locum Iob exponens, Non ſit in recordatione, ſed conteratur quaſi arbor infructuoſa, quia pauit ſterilem, & viduæ non bene fecit, his verbis vtitur. Inordinata profectò atque irrationalis miſericordia eſt, ſterilis & infructuoſæ carnis, quæ, iuxta Domini verbũ, non prodeſt quicquam, &, ſecũdum Apoſtolum, regnum Dei nõ poſſidebit, ad implendis inuigilare deſideriis, & de animæ cura Sapientis ſaluberrimum non curare conſilium, admonẽtis atque dicẽtis, Miſerere animæ tuæ placens Deo.

Apol. ad Guliel. abbat.

Ioann. 6.

1. Cor. 15

Eccl. 30

De ſuperbia, quæ peccatorum omnium caput eſt.

24.

Criminis eſt omnis caput, & certiſſima radix,
Faſtus: eo victo, crimina cuncta ruunt.

Per faſtum primos paradiſi ſede parentes
Depulit aſtuta perfidus arte Satan.
Ergo paleſtinas acies ſi frangere cura eſt,
Immani Goliath fac cadat enſe caput.
Namque inimica phalanx, duce cæſo, protinus a
Abiicit, & celeri tendit abire fuga.

SCHOLIA.

Eccl 10. Aug. lib. de ſalut. docum.

Criminis eſt omnis) Initium pec
ti, vt ait Sapiens, eſt ſuperbia: n
vllum peccatū, ſi Auguſtino c
dimus, ſine ea eſt, quandoqu
nihil eſt aliud peccatum, qu
cōtemptus Dei: quo fit, vt ipſ
præcepta nihil curemus. Id qu

Ad Antonin. de modeſt. De nat. Chriſt. et de Ieiun. & tent.

ſola ſuperbia nobis perſuadet.
quale malum eſt ſuperbia, inq
Hieronymus, quod Deum adu
ſarium habet: alludens videli
ad illud Scripturæ, Deus ſup
bis reſiſtit. Ne in cœlo quide
cōſiſtere potuit ſuperba ſublim
tas quemadmodū eſt apud C
prianum. Atque Adamus De
eſſe volens ſine Deo ſe vidit. Ho

vitium Deo in Nabugodono-
zore vſque adeo diſplicuit, vt ex
homine iumentum effecerit. Me- *Hom. de*
ritò itaque Chryſoſtomus ſuper- *humil.*
biam malorum fontem eſſe tra-
dit. Ac Baſilius eam malorũ om- *Orat. 1.*
nium humanorum grauiſſimum *adu. Eun.*
ac perniciosiſſimum eſſe aſſerit,
atque eiuſmodi, vt omnes eos,
quos amplectitur, diaboli iudi-
cio inuoluat. quibus ſcilicet ver- *1. Tim. 3.*
bis ad Paulum alludit. Ac ſane
omnes qui hoc crimine obſtricti
tenẽtur, pro certo habere debẽt,
ſe Satanæ tyrannidi ſubiectos eſ-
ſe. Siquidem & Iob eum ſuper *Iob. 41.*
omnes filios ſuperbiæ regnum
obtinere teſtatur. Initiũ porrò ſu- *Cont.*
perbię in Dei ignoratione poſitũ *deſp. &*
eſt, vt ait Chryſoſtomus, Quò fit *ſuperb.*
vt Deus quoque ſuperbos exe-
cretur, nec gratiam ſuam in eos
inſtillet. Vnde Bernardus eos gel- *ſerm. 54. in cant.*

boe montes appellat, ſuper qu
nec ros, nec pluuia, cadit. (
eamque cauſam optimi quiq
homines ſummo ſtudio ſem
ſibi prouidendum duxerunt,
aditus ad ſe omnes huic vi
2. Cor. 2. præcluderent. Sic Paulus, cum
reuelationum ſuarum mentio
incidiſſet, nomen ſuum reti
Act. 14 Cumque Lyſtrij diuinum cu
ei adhibere vellent, veſtime
Eccl. 23. ſua ſcidit. Ac Sapiens obni
precibus à Deo contendit,
oculorum extollentiam ipſi
verùm ab eo ſuperbã & Gig
tinam animã (ſic enim in Græ
habetur) auertat. Cyprianꝰ q
que in libello de duodecim a
ſibus ſeculi, octauo loco hoc p
ingenti abuſu ponit, cum pau
ſuperbia afficitur. Quid aute
aliud ſumus quàm pauper
mendici, in ſingula mométa D

miſericordia opus habentes? Quid, inquit Auguſtinus, tam dignũ miſericordia, quàm miſer eſt? Et quid tam indignum miſericordia, quàm ſuperbus miſer? Vt itaque hoc vitium ex animis noſtris radicitus euellamus, idẽ Author eodẽ libro nos admonet, vt mortalitatis noſtræ conditionem, ac finem noſtrum conſideremus. Diuitiis, florib⁹, & maiorũ nobilitate te iactas, & exultas de patria & pulchritudine corporis & honorib⁹, qui tibi ab hominibus deferuntur? Reſpice teipſum quia mortalis es, & quia terra es & in terram ibis. Circunſpice eos qui in iiſdem ſublimitatibus ante te ſimilibus honoribus fulſerunt. Vbi ſunt qui ambiebant ciuium potentatus? vbi inſuperabiles imperatores? Vbi eorum veſtes & peregrina ornamenta?

Aug. lib. Sẽt. ſent. 381.

Sent. vlt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vbi turba ſeruorum? Vbi lu
& lætitia? Vbi exercitus duc
Nunc omnia puluis, nunc om
fauillæ. Nunc in paucis verſi
eorum vitæ memoria ſita
Reſpice eorũ ſepulchra, & v
quis ſeruus, quis Dominus, q
diues, quis pauper. Diſcerne
potes, vinctum à rege, fortem
debile, pulchrum à deformi.
de an in eo ſit aliquod ſign
arrogantiæ & iactantiæ. Mem
ſis itaque eſto tuæ naturę, vt n
extollaris. Vide etiam eund
Auguſtinum ſermone 181. de t
pore, & Carthuſianum lib.
quatuor nouiſſ. arti. 13.

Qua nota veri Dei filij agnoſcantur.

25.

ADmonet ad ſolem pullos Iouis ales, adunco
Vngue tenens ſobolem dum probat ipſa ſuam,
Si radios ſpectent illæſo lumine, veros

Agnoſcit: ſi non, deiicit atque necat.
Sic quoque germanæ ſobolis falſæque periclum,
Ætherea genitor qui manet arce, facit.
Nam veros cenſet, qui mentem ad ſidera tollunt:
At ſpurios, quorum mens grauis ima petit.

SCHOLIA.

Admouet ad ſolem) Ariſtoteles ac Plinius hoc de aquila literarũ monumentis prodiderũt. Vnde, cùm multi alij Theologi, tum Gregorius quoque Nazianzenus in Carminibus ſuis ſimilitudinẽ duxit, quemadmodum etiam à Rheno fluuio, ad quem Germanos olim filios ſuos explorare ſolitos fuiſſe idem tradit. Vt igitur hanc ſimilitudinem ad inſtitutũ noſtrum accommodemus, Deus hac demum nota veros ſuos filios agnoſcit, ſi cũ Dauide dicere queant. Oculi mei ſemper ad Dominum. Et, Sicut oculi ancillę in manibus dominę ſuę, ita oculi noſtri ad Dominum, donec

Ariſt. lib 9. de hiſt. anim. ca. 34. Plin. lib. 10. ca 3. Naz. carm. Nicob. ad Pat.

Pſal. 24 & 122.

miſereatur noſtri. Ac paulus h
perſpicuum fieri vult an c
Chriſto reſurrexerimus, nem
ſi, quę ſurſum ſunt, quęramus,
non quę ſuper terram. Alio
enim Deus eos pro ſpuriis hab
qui animum mundi vanitati
Pſal. 16. prorſus affixum habent, qui
ſtatuerunt oculos ſuos declin
Dan. 3. in terram, eóſque, vt de Suſan
accuſatoribus proditũ eſt, au
tunt ne videant cœlum, ac de
que qui tergum ac non faci
Prou. 1. Deo obuertunt, atque ad om
voces, quibus Sapientia eo
ſalutem inuitat, obſurdeſcu
Nam huiuſmodi homines
alieni, generatio mala, peruer
& adultera, ac viperarum pro
nies, à Deo nuncupantur. Qu
ſi perfricta fronte, ac falſò, D
Ezech. 16. filios ſeſe profiteri pergant, co
feſtim eos his verbis inſectatu

Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetęa.

Soli ſuperbię in virtutibus locum eſſe.

26.

Iungere ſe tantùm faſtus virtutibus audet,
Cetera cum fugiant crimina cuncta procul.
Scilicet vt fructum penitus corrumpat earum,
Non ſecus ac Cereris munus auena ſolet.
Quàm verè Scriptura canit, tum denique quenquam
Ordiri, cum iam culmina ſumma tenet!
Quandoquidem cum quis vitiorum cætera fregit
Agmina, tum faſtus prælia dira mouet.

SCHOLIA.

Iungere ſe tantùm) Alia quæcunque iniquitas, inquit Auguſtinus, in malis operibus exercetur vt fiat: ſuperbia verò bonis operibus inſidiatur, vt pereant. Et in Sententiarum libro cętera vitia nullam niſi in malis actionibus vim habere aſſerit: ſuperbiam ſolam in bonis quoque operibus cauendam eſſe. Nec verò eſt *Epiſ.109*

quòd quiſquam exiſtimet, fa
eſſe vanam gloriam propul
cùm, vt eſt apud Valerium, n
tanta ſit humilitas, quę non
cedine glorię tāgatur. Quod,
liquidius oſtēdam, libet hîc p
ferre, quid hac de re doctiſſim
ſanctiſſimi Patres ſcripſeri
Aduerſ. Lucif. li. 16. ca. 19 de ciuit. Dei, & epiſt. 64. Difficilè eſt, inquit, Hieronym
Deo ſolo iudice contentum
Auguſtinus item, ei qui virt
habeat, magnam virtutem
ait gloriam contemnere. At
etiam ingenuè de ſe hoc fate
quòd cum hoc aduerſario d
cans, ſæpe ab eo vulnera ca
cū delectationem oblatæ la
De ieiun. & ten. Chriſt. auferre non poſſit. Quin et
Cyprianus quantūmalè ſecu
ferat inanis glorię ſtudiū, his
bis eleganter deſcribit: Ieiun
ſudoribus laus importuna
ingerit, & ſubtiliſſimis acu

pe

penetrãs animum, dum extollit, emollit, & pungit cum vngit. Virtutem in hypocriſim vertit, & ſimpliciter inchoata peruertit. Quaſi tinea quod integrũ erat, rodit, & occupat, & ſanctitatis fundamenta euellit & diſſipat. Subtiliſſimum malum proprio laqueo hypocritam iugulat, & propriis armis ſanctitatem impugnat. Hæc Cyprianus. Iam, quid Bernardus dicat, audiamus: Magna & rara virtus profectò eſt, vt magna licet operantem, magnum te neſcias, & manifeſtã omnibus tuam te ſolum latere ſanctitatem: mirabilem apparere, & contemptibilẽ te reputare. Hoc ego ipſis virtutibus mirabilius iudico. Sed & Chryſoſtomus perſpicuè oſtendit quas ruinas edat laudis humanæ cupiditas, cum in quadã homilia Pha- *Serm. 13. in cant.* *Hom. de profect. Euang.*

riſæum illum, qui, dum de v
tibus ſuis gloriatur, omni e
fructu caruit, naui compara
poſt diuturnam nauigatio
ac plurima pericula vitata,
in portu frangitur, pereun
opes omnes, quas vehebat
demque modo Gregorius m
li ſenſu hunc Scripturæ loc
Lib. 15. plicans, vbi Eleazar Elep
Mor. ca. quem obtrūcarat, ruina op
17. ſus interiit, Eleazar, inquit, e
gnificat, qui vitia ſuperāt, ſed
ipſa, quæ ſubiiciunt, ſuper
do ſuccumbunt. Quaſi enim
hoſte, quem proſternit, mo
qui de culpa, quam ſupera
leuatur. Hæc ſunt quæ ſanc
mi viri litterarum monum
conſignarunt. Nolo enim
faſtidium Lectori moueam,
ra in medium afferre. Ac
id perquam miſerum eſt, q

huiuſce manis gloriæ toxico om-
nia noſtra proba opera inficiun-
tur: vt non ſine cauſa ab Auguſti- *Lib 14. cap. 13. de Ciuit. Dei.*
no dictum ſit, expedire ſuperbis
in manifeſtum aliquod peccatũ
labi, vt ſibiipſis diſpliceant, qui,
dum ſibi placent, ceciderunt. Cę-
terùm, ne hoc malum remedij ex-
pers relinquamus, haud abs re
fuerit rationes eas breui collige-
re, quas, ne in illud incidamus,
Chryſoſtomꝰ proponit. Primùm *Hom. de Inan. glor. cupid.*
igitur Deus nobis ſemper an-
te oculos verſetur neceſſe eſt:
quæquidem extinguendæ om-
nis inanis gloriæ ac laudis hu-
manæ certiſſima ratio eſt. Quan-
doquidem, vt præclarè ait Baſi- *In reg. fuſ. expl. artic. 5.*
lius, præſente Domino nemo
cuiquã alij placere ſtudet. Deinde
illud cogitãdum eſt, boni omnis
operis fructũ nobis periturum, ſi
ex eo humanam laudem aucupe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mur. Quin id quoque nobi-
mentem venire debet, corru
eſſe vulgi iudicium, ſtatimq;
uaneſcere. An nõ itaque abſu
eſt certa pro incertis amitter
que, vt breuem hominum la
nobis colligamus, æterno
bonorum iacturam facere? D
que illud curandum eſt, vt
Chriſti verbis aures noſtræ
Luc.6. petuò circonſonent, Væ vobi
benedixerint vobis homin
Quocirca nihil melius, nihil
Serm.5. In feſt. omnium ſanct. lius fuerit, quàm Bernardi co
lio vti, nempe vt cum nos ip
inanis gloriæ cupiditate titil
ſentimus, his eam verbis pro
lamus, quibus Chriſtus ad M
dalenam vtebatur, Noli me t
gere, nondum enim aſcẽdi ad
trem meum. Satis enim hom
eſſe debet pacem in hoc mun
petere, gloriámq; vniuerſam

relinquere, iuxta Angelicum illũ cantum, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Qui perſpectum habere cupit, quemadmodum ſe gerere debeat, cũ laudes in eũ ab hominibus conferũtur, legat Auguſtini epiſtolam.64.ad Aurelium. *Luc.2.*

Peccatum animæ mortem eſſe.

27.

Quanam ætate foret, quidam quandoque rogatus,
Luſtra mihi nouies quinque peracta, refert.
Id mirante alio (nam rugas ipſe videbat,
Canoſque, & ſenio debile corpus) ait:
Annos cum numero, quæ carni tempora vixi
Prætereo: nam tum mente ſepultus eram.
Nunquam ergo in mentẽ veniat mihi tempora mortis
Iungere, cum vitæ ſunt numeranda mihi.

SCHOLIA.

Quanam ætate) Hoc reſponſum ſenis Barlaam fuit ad Ioſaphat, quemadmodum author eſt Da- *In hiſt. Barlaã.*

maſcenus. Ac meritò ſanè pi
le ſenex ſub vitæ nomine tem
illud complecti recuſabat, in
anima à Deo, qui ipſius vita
Gen.2. per peccatum ſeparatur. Qu
Ezech. 18. vt Scriptura paſſim in mort
numero peccatores reponat
Mat 8 de etiam Bernardus vitã app
Epheſ.2. dam eſſe negat, in qua ſoli m
Bern. de fallac. preſ. vit. viuitur. Et Gregorius Nazi
vitam ac mortem definiens,
Naz. orat. in fun. pat. inquit, vita eſt, nimirum oc
ad vitam defixos habere.
rurſus mors, peccatum: eſt e
Auguſt. epiſt. 36. animæ mors. Quin inter Au
ſtini epiſtolas vna extat, in
pulcherrima paulini carmina
periuntur, quæquidem hoc d
cho concluduntur.

Viue precor, ſed viue Deo: nam viuere
Mortis opus. viua eſt viuere vita D

Ad Oroſ. quæſt 32. Atque Auguſtinus hanc rẽſub
lius tractans, quatuor mortis

nera facit,primum animæ,cũ per peccatum moritur. Alterum corporis, cum ab anima ſeparatur. Tertium animæ ſolius, poſt diſceſſum ex hac vita. Poſtremum animæ & corporis, in iudicio. Quodquidem genus omnium grauiſſimũ eſt. Etenim, vt idẽ alio loco ſcribit, Maxima & horrenda mors eſt, ſeparatio vitæ Dei in æternitate ſupplicij. At verò Ambroſius tria ſolùm genera ponit. Siquidẽ inter duo prima, quæ Auguſtinus conſtituit, myſticam mortem collocat, quæ tũ demum locum habet, cum quis peccato moritur, ac Deo viuit, iuxta illud Apoſtoli, Conſepulti eſtis cum eo in morte per baptiſmum.

Li.6.ca. vlt.de ciuit.Dei

Amb.lib. de bono mort.ca. 3.

Rom. 6.

Precatio ad ſanctos.
28.

IMmemor officij Pharius pincerna, recepto
Nil præter curat pocula ſola gradu.
Non ita te, quæſo, capiant obliuia noſtri,
O, quæ ſyderea viuis in æde, cohors.
Sed tua ſint quamuis victrici cincta corona
Tempora, ſint quamuis omnia tuta tibi:
Sumere ne noſtra cauſa tamen arma graueris,
Quò nobis ſuperaſit quoque parte locus.

SCHOLIA.

Serm. 5 in feſt. omn. ſanct. *Non ita te quæſo)* Abſit abſit, in[...]
Bernardus, à vobis, animæ ſa[...]
Ægyptia illa crudelitas pinc[...]
Pharaonis, qui in gratiã pri[...]
reſtitutꝰ ſtatim oblitus eſt Io[...]
ſancti, qui in carcere tenebat[...]

Num. 32. *Sed tua ſint)* His verſibus all[...]
ad illud libri Numerorũ, vbi[...]
ra ea, quam tribus Ruben, G[...]
& dimidia tribus Manaſſe, p[...]
bant, ea conditione ipſis con[...]
ſa fuit, vt tantiſper ab armis n[...]
abſtinerent, quoad reliqui Iſr[...]
litæ promiſsã ſibi terrã poſſed[...]
ſent. Quod quidem nõ inepte[...]

opẽ eam referri poteſt, quã ſancti
precibus ſuis nobis afferunt.

Aduerſus hypocriſin.

29.

QVid magis eſt vanum, quàm iuſti nomen habere,
Cùm procul à placitis ſit tibi vita Dei?
Cúmque lupus, cum ſis Belial, turgeſcere mente:
Quòd tegat immanem pellis ouina lupum?
Nam licet eximia, quòd non tua pectora cernat
Inſcia turba, virum te probitate putet,
Quem capis hinc fructum? qualem, cum ſimia turpis
Nobilis eſſe leo dicitur, inde capit.

SCHOLIA.

Quid magis) Probitatẽ ſimulare fa- *Aug.lib.*
cile eſt, probũ eſſe difficile, vt poſt *de mori.*
Lactantiũ ait Auguſtinꝰ. Ac pro- *Eccleſ. Cath.*
fectò inſignis eſt abſurditas, po- *Lact.lib.*
tiorem habere incertam, atque vt *6.cap.6.*
plurimũ falſam, hominũ opinio-
nem, qui Scriptura teſte tantũ ex- *1.Reg.16*
terna intuẽtur, quàm verũ & in-
corruptũ conſcientię noſtrę teſti-
monium. In quo apertiſſimè ſe-
ſe prodit hominum leuitas ac

vanitas, quemadmodũ eſt ap
Epiſt. ad Paulin. Hieronymum. Etenim quod c
rupti animi maius clariuſque
gumentum eſſe poteſt, quàm
Lib. de grad. hum. grad. 6. id vſu venit, quod ſcribit Bern
dus, Nẽpe vt homo, qui de on
alia re pl⁹ ſibi credit, quàm a
de ſe ſolo plus aliis credat, qu
ſibi? Quodquidem quàm peri
loſum eſſet, intelligens Horat
ad quendam ita ſcribebat,

Sed vereor ne cui de te, plus quàm ti
credas.

In Apol. ad Guliel. abbat. Id quod vſque adeo graue & t
crandum Bernardo viſum eſt,
his verbis vti minimè dubita
Quis magis impius? an profite
impietatem, an mentiens ſanć
tatem? Nonnè is qui etiam m
dacium addens, geminat imp
tatem? Beati igitur illi, qui cu
Hier. 17. Hieremia dicere poſſunt, Di
hominis non deſideraui, hoc

humanam gloriam.

Qualem cum Simia) Similitudo hæc ex Gregorij Nazian. Tetraſtichis ſumpta eſt.

De bello quod homini in hac vita ſubeundum eſt.

30.

AN firmis tribus ipſe queam par hoſtibus eſſe,
Alcides nequeat cum ſuperare duos?
Me caro perpetuo, me mundus, marte laceſſit:
Bella mihi dæmon ſanguinolenta mouet.
An par eſſe queam tribus his infirma locuſta,
Atque cinis tenuis, puluis & exiguus?
Iunge tibi me Chriſte potens: munduſque, caroque,
Et ſatanæ rabies, tunc mihi riſus erunt.

SCHOLIA.

An firmis) Origenes ſuper his verbis lib. Numerorum, Domine humilia mihi fortiores me, ita loquitur: Vox iſta fidelium eſt, confitentium ſimpliciter fortiores eſſe inimicos ſuos. Aduerſus enim principatus & poteſtates eſt nobis certamen, Dauid quo- *Hom. 6. in Iudic.*

que ob eam cauſam pleriſq
cis graues querelas edit, a
ingemiſcit, quòd fortiores ſe
uerſarios experiatur. Quod
dem potiſſimùm de ſpiritual
intelligendum eſt, quorum
Iob.41. modi robur eſt, vt Iob nullam
per terram eſſe poteſtatem
rat, quæ huic comparari po
Lib.13. Quinetiam Gregorius eiuſ
mor. Iob hunc locum exponens
cap.10. ruit in me quaſi gigas, Si inim
inquit, ſuaſionibus anima ſu
ſe conſueuerit, quanto ſe ei
brius ſubiicit, tanto eum ſibi
tolerabiliorem facit, vt ei relu
ri non valeat. Quia nimirum m
lignus aduerſarius contra h
ex praua cõſuetudine deuicta
Hom.7. quaſi more gigantis pugnat. E
in Num. demque modo Origenes hu
Numerorum locum exponen
vbi exploratores Iſraelitæ mu

ris ſui rationem reddunt,his verbis vtitur : Nos , quantum ad comparationem humanæ & demonicæ naturæ , locuſtæ ſumus, illi gigantes : & præcipuè ſi dubia ſit fides noſtra , & ſi nos perterreat infidelitas , illi verè gigantes erunt, nos locuſtæ. Si verò ſequamur Ieſum , & credamus verbis eiꝰ, tanquā nihil erunt in conſpectu noſtro. Atque hinc eſt, quòd ſub finem huius Octaſtichi ad illud Iob alludo, *Iob.17.* Domine pone me iuxta te,& cuiuſuis manus pugnet contra me. Siquidem ſub ſignis Dei noſtri ſtipendia facientes , animam noſtram hoſtium robore perterritam his Eliſæi verbis alloqui poterimus,Ne timeas:plures enim nobiſcum ſunt,quàm cum illis. *4. Reg. 6.*

Aduerſus adulationem.

31.

NOn inter cicures palpone nocentior vlla eſt
Bellua, nec quæ plus gignat in orbe mali.
Vix etenim eſt vllus, cui non per verba propinet,
Quæ mage ſint ipſo dulcia melle, necem.
Ac licet extincto coruus ſe corpore paſcat:
Corporibus viuis abſtinet ille tamen.
Sæuior at contrà palpo nece parcit ademptis:
At viuos blandis morſibus vſque petit.

SCHOLIA

Non inter cicures) Bias roga quænam omnium ferarum uiſſima eſſet, reſpondit, ſylue tyrannum eſſe, cicurum adula rem. Plato autem huiuſmodi minem vſqueadeo execratur, eum beſtiam humano generi ſtilentem eſſe dicat, atque eò progrediatur, vt eum malig dæmoni comparet. Diogenes vt à Laertio proditum eſt, aſſ tatoris ſermonem mellitum laqueum dicebat. Ac certè pe fera hæc ſuauitas plerúmque cauſa eſt, vt aſſentatio ab iis tādem admittatur, qui diu ei a

Plat. in Phed.

tum negarant. Quandoquidem, vt eſt apud Senecam, blandimēta hoc habent, vt, etiam cum reiiciuntur, placeant. Quod autem ad comparationē adulatoris & corui attinet, ea ab Antiſthene ſumpta eſt. Ad quā illud accedit, quod Diogenes aiebat ſatius eſſe ad coruos, quàm ad adulatores ire. Id quod Græci ob eam dictionum vicinitatem elegantius dicunt, quæ inter has voces eſt κόλακες & κόρακες. Gelli⁹ cuiuſdam Aphricanorum familiæ mētionem facit, quæ hac verborum facultate prędita erat, vt ſimul atque res aliquas, velut pueros, arbores, pecudes, grana, impenſius laudaſſet, protinus interirent. Quodquidem in adulatorem optimo iure torqueri poteſt, qui ſermonis blanditiis etiam optimas quaſque naturas labefactat

Lib. 9. cap. 4.

Prou. 1. & inficit. Ac Scriptura ſac
Pſal. 144. externam illam ſuauitatem
ex adulatoris ore manat, n
exprimat, lactis & olei vocab
vtitur. Atque, ne huiuſmodi
catoris oleo caput ſuum inu
tur, Dauid optat. Porro vt ad
toris illecebris occurramus,
ram dare conuenit, vt diuina
vox auribus noſtris perpetu
ſonet, Popule meus qui te b
dicunt ipſi te ſeducunt: no
Eſa.3. item ſemper cum Dauide d
Pſal.69. mus, Conuertantur retrorſu
& Aug. ibid. erubeſcant, qui dicunt mihi
ge, euge, hoc eſt, qui mihi bl
diuntur atque applaudunt.
nim exponit Auguſtinus. Qu
tiam hominis cum adulat
certamen vſqueadeo graue a
arduum eſſe cenſet, vt eam p
ſecutionem appellare non du
Prou.27 tet: hoc videlicet Sapientis di

nite

nitens, Sicut aurum in igne probatur, ſic homo per os laudãtis. Enimuero Bernardus in enarratione pſalmi Qui habitat, ſaluberrimum conſilium nobis porrigit aduerſus adulatoris blanditias. Difficile prorſus, inquit, homo verbis laudantium hominẽ in vita ſua, adduci poterit altum ſapere, ſi ſe intus ad lucem veritatis ſolicita conſideratione diſcutiat. Nonnè enim ſi propriam cogitat cõditionem, dicturus eſt ſibi, Quid ſuperbis terra & cinis? Nonne, ſi propriam conſideret corruptionem, fateatur neceſſe eſt, quoniam non eſt in eo bonũ? Sed & ſi forte aliquid habere videtur, non inueniet quod reſpõdeat Apoſtolo dicenti, Quid habes quod non accepiſti? & alibi, Qui ſtat, videat ne cadat. Poſtremò ſi fideliter computet, facile il-

Serm. 6. in Pſal. 90.

Eccl. 10.

1 Cor. 4. & 10.

li erit aduertere, quod nec
Luc. 14. decem millibus poſſit occu
Eſa. 64. ei, qui cum viginti millibu
nit ad ſe, & omnes iuſtitias
tanquam pannum menſtr
reputari.

Cor terræ affigendum non eſſe.

32.

INfera quæ volitat, nimiúmque ad pabula ver
Retibus aut viſco protinus hæret auis.
Qui nimis eſt ventri, rebus quoque deditus imi
Hunc facile in caſſes pertrahit arte Satan.
Si cupis ergo tuam è tanto diſcrimine mentem
Eximere, & vitæ conſulis ipſe tuæ,
Fac ſemper mens alta petat, ſurſumque feratur
Sic auceps tendet retia vana tibi.

SCHOLIA.

Hom. 15 ad pop. Antioch. *Infera quæ)* Chryſoſtomus,
æternæ vitæ meditationem
rumque fluxarum contemp
nos excitet, ſimilitudiné ab
bus ducit, quæ haud facilè c
tur, cum ſublimè volant. Id

Paulus faciebat, cum diceret, Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Ac rurſus, In carne ambulantes, non ſecundum carnem militamus. Nimirum de huiuſmodi viris nõ immeritò illud Sapientis vſurpari poteſt, Fruſtra iacitur rete ante oculos pēnatorum. Ob eamque cauſam Origenes allegorico ſenſu id exponens, quod de exploratoribus Hierico dictum eſt, Illi autem ambulantes peruenerunt ad mõtana, Exploratores, inquit, non poteſt cõſequi princeps mũdi, quia per montes iter faciunt. Humilia ſemper diligit hoſtis noſter, idem vnicuique noſtrum dicens, quod Chriſto dicebat, Mitte te deorſum. Atque hoc nomine Dauid exploratum habens, vnde certiſſimum in omnibus rerum difficultatibus auxilium ſibi expectandum eſſet, aiebat:

Phil. 3.
2. Cor. 10
Prou. 1.
Hom. 1. in Ioſue.
Matt. 4
Pſal. 20

Pſal.123 Leuaui oculos meos in mo
vnde veniet auxiliũ mihi. E
dem hac ratione liberatum
laqueo venãtium fuiſſe teſt
cum ipſius anima paſſeris in
dum euolaſſet.

De triſtitia ſpirituali.

33.

QVis latices oculis, capiti quis porriget vnda
Vt commiſſa mihi nocte diéque gemam?
Vt lachrimis noſtro mala quæ graſſantur in æ
Proſequar, excedunt quæ grauitate fidem:
Vtque hoſtes fidei deplorem, aciémque rebellem,
Et quibus in ſancta eſt vita prophana fide.
Has etiam præter, niueas mihi quis dabit vnda
Quas fundit patriæ mens memor vſque ſuæ?

SCHOLIA.

2.Cor.7. *Quis latices)* Triſtitiæ eius,
ſi Apoſtolo credimus, ſecun
Deum eſt, ac ſalutem opera
triplex genus eſſe Bernardus
Primum confeſſionis ac pœ
tiæ, nimirum cum homo ob
fenſum Deum collachrymat

que angitur, vt Dauid, Manaſſes Magdalena, Petrus, ac denique ij omnes, qui peccatorum veniã obtinere cupiunt. Secundum, deuotionis eſt, nempe cum ſpiritus adoptionis filiorum in nos illabitur, ſpirituique noſtro teſtimonium præbet, quòd ſimus filij Dei: ſic videlicet vt nobis dulciſſimam illam vocem cælitus audire videamur, quæ nobis perſuadeat Deum ſibi in nobis cõplacere. Tertium ac poſtremum, ſuperioribuſque longè præſtantius, compaſſionis eſt: quodquidem de charitatis feruore manat. Atque huiuſmodi compaſſionis triſtitia in pectoribus noſtris cõcipitur, partim dum peccata ab aliis commiſſa mente cõplectimur (velut de Samuele le- *1. Reg.*
gimus, qui Saulis contumaciam 15.
acerbiſſimis lachrymis proſe-

quebatur:de Paulo, qui,pro
dentiſſimo ſuo erga Iſraelitas
more, ipſorum loco anathe
Exod.32 eſſe optabat (in hoc ſcilicet M
ſem referens,qui niſi Deus Iud
ignoſcere vellet,de vitæ libro
pungi cupiebat:) partim ob E
cleſiæ calamitates,ex quibꝰ P
phetæ tanto dolore afficiunt
vt pene nec finem nec mod
vllum lachrymis imponãt, vi
Eſa. 22. dere eſt apud Eſaiam, Hiere
Mich. 1. & Micheã.Atque apud proph
Amos.6. Amos carnales ac voluptu
homines,non tam ob luxum
obiurgãtur,quàm quòd Ioſep
contritione minimè commou
tur. Porro autem his tribus
ſtitiæ generibus aliud adiung
licet,nempe cum quis per ace
mam beatitudinis æternæ con
plationem præſentis vitæ pe
grinationem deplorare, vera

que patriam, hoc eſt cœleſtem Hieruſalem, feruẽtiſſimo quodã animi affectu appetere incipit, nihilque tã in votis habet, quàm vt diſſoluatur, & cũ Chriſto ſit, vt de Dauide, & Paulo legimus. 2.Reg.19
Atque huiuſmodi cupiditas facile in eius animo concipitur, qui charitate adeo perfecta præditus eſt, vt à iudicis facie non timeat. Quodquidem mœſtitiæ genus ab Auguſtino magnopere commendatur. Etenim hæc Pſalmiſtę verba exponens, Super flumina Babylonis, illic ſedimus & fleuimus dum recordaremur tui Siõ, Inde, inquit, oportet vt fleas, recordando Sion. Multi enim flent fletu Babylonico, quia & gaudẽt gaudio Babylonico. Gaudent lucris, & flẽt damnis: vtrumque de Babylonia eſt. Flere debes, ſed recordando Sion. Si recordando

Pſal. 41. *Phil.* 2. 1.*Io.*4. *Aug. tract. in Pſal.*136

Sion fles, etiam quando tibi ſ
cundum Babyloniam bene
oportet vt fleas.

Lib.9. cap.28. *Has etiã præter, niueas*) Gregori
Papa in libris Moralium exp
nãs hæc verba Iob, Si lotus fue
quaſi aquis niuis, per huiuſmo
aquas, quia nõ de terra fluunt,
fontium, aut fluminũ aquæ, ſe
cœlo labũtur, lachrymas eas a
tiſſimè ſignificari poſſe ait, q
nõ ex vlli⁹ terrenæ rei deſider
verùm ex ardẽtiſſima æternæ
tæ cupiditate funduntur.

Satius eſſe interdum cedere, quàm rixari.

34.

IN rixis grauibus nonnunquam cedere præſtat,
Quàm nimiùm niti, victor vt eſſe queas.
Sæpe etenim in lucta vincit, qui, ludat vt hoſtem,
Quem præſtare videt robore, ſponte cadit.
Æquore turbato præſtat demittere vela,
Stultitiæ pœnas quàm dare morte graues.
Eſſe iuuat facilem, rapidus quod ſæpe nequiuit
Aphricus, hoc Solis feruida flamma facit.

SCHOLIA.

In rixis) Admonet Auguſtinus cauendum eſſe ne tempeſtate cōtētionis ſerenitas charitatis obnubiletur. Atque in epiſt. ad Pacentium his verbis vtitur. Non bonum hominis eſt hominem vincere, ſed bonum eſt homini vt eum veritas vincat volentem: quia malū eſt homini vt eū veritas vincat inuitū. Nā ipſa vincat neceſſe eſt, ſiue negantē, ſiue confitentē. Hæc Auguſtini verba aduerſus eos faciūt, qui nulla in diſputatione aduerſario herbā porrigere, nec ſe victos confiteri volūt, quamuis etiā certiſſimū habeant, ſe malā cauſam tueri. Quę quidem impudētia nimis grauis eſt, atq; ab intolerabili quadam ſuperbia proficiſcitur. Quocirca Gregorius Naziāzenus in ſuis Tetraſtichis ab huiuſmodi vitio

Epi.86. & 174.

Tetr.38.

nos his verbis dehortatur.

Non obtinere cuncta, nec ſemper, ſtude.
Bene vinci ames plus, improbè quàm vincere.
Athleta nam non vincitur, quiſquis iacet:
Humi ſed hoſtem ſæpe qui ſtratum tenet.

Atque idem Author in mag Apologetico nihil maius ad v tutem adipiſcendam impedim tum afferre cenſet, quàm nem cedere velle. Ob eamque cau Plinius ſecundus, niſi me mem ria fallit, amicum quẽdam ali commendans, inter cæteras l des, quas de illo prædicat, v illi conciliet, hanc numerat, S vinci: his nimirum verbis ipſ ſuauitatem apertiſſimè decla Ac ſanè pernicioſum victoriq nus eſt, in rixando ſuperiores re. Vt enim præclarè ait Baſil in malis contentionibus mi rior eſt is qui vincit: quia p ſecum peccati aufert. Ac lon ſatius eſt, ſi nobis cum aliq

Orat. aduerſ. Iraſc.

contentionis ſtudio flagrãte res ſit, vt poſteaquam rationes noſtras modeſtè ac leniter expoſuerimus, conticeſcamus, quàm vt contra Pauli conſilium verbis *2.Tim.2* contendamus ad ſubuerſionem potius eorum qui audiũt, quàm ad vtilitatem. Quoquidem ſpectat id quod de Philoſopho quodam memorię proditum eſt, cui cum aduerſus peruicacem atque honoris auidum aduerſarium diſputandum fuiſſet, atque ille ipſi tãquam victo inſultaret, Eſto ſanè, inquit: quamuis tamẽ victus ſim, tranquilliore tamen, quàm tu, ſumno fruar. Quę profectò verba admodum ſapiente viro digna ſunt, animiq; perturbationibus valde imperãte. Et ſanè hac ratione pro ea victoria, quàm alter ſibi inſolenter arrogabat, longè ampliorem ac præ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

clariorem adeptus eſt, nimin
modeſtiæ & comitatis. Huc q
que pertinet ſimilitudo ea, qu
Lb.1 of- affert Ambroſius, nō admod
fic.cap.5. diſſimilis, quā ex Naziāzeno p
ximè attulimus. Hęc ſunt, inq
arma iuſti, vt cedēdo vincat, ſi
periti iaculandi cedentes ſol
vincere & fugientes grauiorib
ſequentem vulnerare ictibus.

Quod ſæpe nequiuit) Plutarc
in lib. de Præceptis connubia
vt oſtendat virum obſequio
comitate plus apud vxorem e
cere, quàm vi & clamore, ad h
fere modū loquitur. Feruntq
dam ſolem aquilone ſuperior
extitiſſe. Nam cum ventus ve
menti flatu cuidam pallium
torquere conaretur, arctius il
ſtrinxit, atque compreſſit. Poſ
autem, ſedato vento, cum ſol
dentes in eū radios traiicere c

piſſet,præ nimio æſtu,non modo palliũ,ſed & tunicã quoq; exuit.

De hominis peruerſitate.

35.

SErpentum nobis dens eſt,mens læua columbæ:
Stultitia & pueros, & ſuperamus oues.
Et canis eſt morſus nobis, & equina libido:
Vt leo nos furimus ſemper, & inſtar apis.
Formicæ ventris non cura eſt maior alendi:
Fermenti & veteris nos comitatur acor.
Sic innata feris mala nobis cuncta ſuperſunt:
Cum bona deficiant inſita cuncta feris.

SCHOLIA.

Serpentum nobis) Eadẽ res in Scri-
ptura diuerſas ob cauſas perſæpe
diuerſis modis accipitur. Exem-
pli cauſa:Serpens vbique in malã
partem ſumitur, præterquam a-
pud Matthæum, vbi ipſius pru- *Mat.* 10
dentia nobis ad imitandum pro-
ponitur: nempe vt quemadmo-
dum ille præ cæteris partibus ca-
put ſummo ſtudio tuetur,ſic nos
quoque Chriſti , capitis noſtri,

cauſa omnia corporis mem
periculis obiicere non dubite
quò incolume in nobis capu
Mat.10. ſeruetur. Columbæ ſimplic
apud Matthæum item comm
datur:at rurſus eiuſdem ve
Oſe.7. dia apud Oſeam notatur, vbi
phraim columbæ ſeductæ at
excordi cóparatur. Eodem m
do pueri ſimplicitas atque in
centia vſqueadeo à Chriſto p
Mat.18. dicatur, vt aditum ad cœlum
bis patere poſſe neget, niſi p
uulorum inſtar efficiamur.
2 Cor.14 idque Paulus nos admonet,
malitia paruuli ſimus. At ru
eiuſdem inſcitia in Prouerbii
Mat.25. apud Paulũ, vituperatur. Iã
innocentia tanta eſt, vt Chri
electos omnes hoc nomine
pellet, atqueadeo ipſe oui co
ratur: verùm rurſus ouis ſtult
ita perſpicua eſt, vt etiam in p

uerbium abierit. Vide Eraſmum
in prouerb. ouium mores. Quin-
etiam Eſaias Iudęorum, qui ſe à *Eſa. 53.*
Deo abſtraxerant, peccata confi-
tens, dicebat, Omnes nos tanquã
oues errauimus. Tum autem ca-
nis erga Dominum fidelitate ni-
hil notius. At idem tamen in ma-
lam partem vſurpatur Prouerb.
26. Eccleſ. 13. Matth. 15. 2. Pet. 2.
Quin Eſaiæ 56. Improbi paſto-
res, quibuſque paſcendarum o-
uium cura nulla eſt, mutis canibꝰ
ſimiles eſſe dicuntur. Atque ad
eundem modum generoſus equi
ad bellum impetus ſimilitudinis
cauſa apud Hieremiam accipitur:
verùm eiuſdem libido alio loco *Hier. 8.*
notatur. Enimuerò leonis gene- *Hier. 5.*
roſa audacia hoc nomine in lau-
de eſt, quòd vt ſuperbos debella-
re, ſic etiã ſubiectis parcere ſciat. *Apoc. 5*
Vnde etiam Chriſtus leo de tribu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iuda nuncupatur.Et tamen id
in ſiniſtram partem apud Ec
Eccli. 4 ſiaſticum capitur, vbi ait, N
eſſe tanquã leo in domo tua, ſ
uertens domeſticos tuos. Q
autem ad formicã attinet, C
ſtꝰ vetat nos nimis anxia ac p
poſtera earum rerum cura af
quæ ad huius vitæ vſum ſpec
At interim tamen commod
Pro. 6 eſt,formicæ more,cuius in P
uerb.libro mentio fit, in poſ
proſpicere (ne alioqui in ex
mo iudicij die inanes reper
mur)atque illud Heſiodi ſem
In lib. memoria tenere, Non ęſtas
opera & dies. ſemper erit:iam confice nidos
Denique fermentum variis
tionibus nunc in bonam part
accipitur,nunc in malam. Atq
hęc pro huius Octaſtichi enar
tione nobis dicta ſint. Quibꝰ
ronidis inſtar haud alienum f

rit adiungere quæ ſcribit Chryſoſtomus. Hominem, inquit, te agnoſcere nequeo. Cũ nẽpe tãquã aſinus recalcitres, laſciuias autẽ vt taurus, tanquam equus verò poſt mulieres inhies, vẽtri tãquã vrſus indulgeas, vt mulus carnẽ impingues, & malum memoria teneas velut camelus, porro rapias quidẽ vt lupus, ac vt ſerpens iraſcaris, ferias vt ſcorpius, ſis ſubdolus vt vulpes, nequitiæ vero tanquã aſpis & vipera venenũ ſerues, ac ſicut ille malignus dæmõ fratres impugnes, quomodo tecum hominibus connumerare valeam, talis in te naturæ ſigna cum non intuear? *Hom. 23. ad pop. Antioch.*

De ſalutis via.

36.

Vulgari non eſſe via cenſebat eundum
Pythagoras: ſed quà, nõ docet ille tamẽ.
Nec mirum: hoc etenim, ſi Chriſtũ exceperis vnum,

Nullus, qui poſſet tradere, prorſus erat.
Vnde ſophum non ſe, ſophiæ ſed dixit amantem
Pythagoras: Chriſtum vox ea namque decet.
Quò vocat, huc igitur propera: nam ducit ad aſtr
Error, quem timeas hoc duce, nullus erit.

SCHOLIA.

Vulgari non eſſe) Pythagoræ ma-
gnis philoſophi, è cuius ſcho
tanquam ex equo Troiano m
ti clariſſimi viri prodierunt, ſy
bola quędam extant, in qui
ſub verborum cortice gra
ſententiæ latent. Quorum in n
mero iſtud eſt, λεωφόρȣ μὴ β
δίζειν, hoc eſt via publica ne in
de. Vnde huius Octaſtichi ar
mentũ ſumpſi, vt oſtendã qua
præſtãtior magiſter Chriſtus
quippe qui nõ modo nos doc
quod iter vitandũ, ſed etiã q
Pſal. 15. tenendum ſit. Vnde merito
Ioan. 10. eum Dauid his verbis vteba
Notas mihi feciſti vias vitæ

Chriſtus ipſe apud Ioannem vitã ſe appellat. Quod autem ad iſtud Pythagoræ ſymbolum attinet, cenſet Ambroſius eũ ex hoc Scripturę loco id ſumpſiſſe, vbi chriſtus Moſem calceamenta ſoluere iubet. Atque hoc præceptum ad id alludit, quod ait Chriſtus in Euangelio, Lata & ſpatioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem. Ob eamq; cauſam abbas Pynuphius ad puerum quendam, quẽ in monachorũ albũ aſcribebat, verba faciens, ita loquebatur: Viue vt pauci, vt cum paucis inueniri merearis in regno Dei.

Ambr. epiſt. 6
Exod. 3.
Matt. 7.
Caßian. lib. de inſtit. cœn. 6. cap. 38

Vnde ſophum non ſe) Pythagoras, vt eſt apud Ciceronem in Tuſculanis quæſtionibus, cum ipſi ſapiẽtis nomen, quod plerique ſui tẽporis de more ſibi arrogabant, nimis ſuperbũ atque inſolens videretur, pro ſapiẽte philoſophũ

hoc eſt ſapientiæ amatorem,
appellare maluit.

De cultu Dei.

37.

SArcina cum ſoleat quæuis oneroſa videri,
Sola tamen Chriſti ſarcina corda leuat.
Sic auibus leuitas ex pennis naſcitur ipſis:
Nedum deprimat has, & grauet iſtud onus.
Robora ſic mulis addunt non parua clitellæ:
Hinc etenim melius pondera ferre ſolent.
Tale iugum eſt Chriſti: nihil illo lenius vſquam eſt,
Vtque laboris onus dulce ſit omne, facit.

SCHOLIA.

Sarcina cum ſoleat) Tantum a-
beſt vt Christi iugum eum à q
trahitur, opprimat, vt etiam
uet, ac coroboret. Quatumuis
Io.6. nim Iudæi dicant, Durus eſt
ſermo, quantumuis ignauus ſ
Luc.16. uus dicat, Scio quia auſterus
tamen verbum Chriſti menda
eos apud Matthæum coargu
Matt.11 vbi iugum ſuum dulce & on
leue eſſe aſſerit. Atque ad cæt

ras quidem ſarcinas mediocris
ætas, corpus firmum, & integra
valetudo, requiritur: iugum au-
tem Chriſti, tam iuuenes, quàm
ſenes trahere queunt, neque vlla
eſt ætas ac valetudo, quæ exclu-
datur. Vnde etiam aiebat Hiere- *Thre. 3.*
mias, Bonum eſt homini cũ por-
tauerit iugũ ab adoleſcentia ſua.
Et Chriſtus, Sinite paruulos ve- *Mat. 19.*
nire ad me, & nolite eos prohi-
bere: talium enim eſt regnum cę-
lorum. Atque iſtud in hoc iugo
mirũ eſt, quòd ſub eo, qui labori-
bus fracti ſunt, requieſcunt, qui
infirmi ſunt, vires colligunt.
Cum infirmor, inquit Paulus, *2. Cor.*
tũc potẽs ſum. quodquidẽ Chri- *12.*
ſti ope atque auxilio contingit,
quemadmodũ idem Apoſtolus his
verbis teſtatur, omnia poſſum in *Phili. 4.*
eo qui me confortat. Nec verò
mirum videre debet ſi animo

adeo forti & erecto quoſuis la-
bores, quaſuis perſecutiones
que calamitates perferat, d
eius præſidio nititur, qui om
Hebr. 1. virtutis ſuæ verbo portat.
Pſal. 91. proinde non iniuria Dauid iu
palmæ comparat, cui hoc natu
inſitum eſt, vt eò altius efferatu
quò magis deprimitur. Id qu
Paulo contigiſſe liquet, qui cu
cathenis conſtrictus eſſet, eua
gelium non minus latè diffund
bat, q̃ cùm liber ac ſolutus deg
ret. Enimuero nõnulli pij viri
miliari quadam ſimilitudine pl
num facere ſtuduerũt, queádm
Aug. in pſal 59. & ſerm. 22. de verbis Apoſt. Ber. epi. 72.
dũ fieri poſſit vt Chriſti iugũ le
inueniatur, cum ea iugi natu
ſit, vt humeros premat. Quipp
D. Auguſtinꝰ in Pſalmos, & Be
nardus in epiſtolis eadẽ ſimilitu
dine vtuntur, hoc eſt ea, quę ho
octaſticho priore loco cõtinetur

Sed quia Bernardus alterã adhuc affert, atque hanc rem elegantiſſimè deſcribit, non erit alienum audire quid dicat. Libet, inquit, admirari quã leue ſit on⁹ veritatis. Nũ verè leue eſt quod portantẽ non grauat, ſed leuat? Quid eo leuius onere, quod non ſolùm non onerat, ſed portat omnẽ, cui portandum imponitur? Hoc on⁹ potuit vterum grauidare virgineum, grauare non potuit. Hoc onus ipſa, quibus ſe præbuit ſuſtentandum, ſenis Simeonis brachia ſuſtentabat. Hoc etiam Paulum in graui licet & corruptibili corpore poſitum, rapiebat vſq; ad tertium cœlũ. Quæro in rebus ſi quid huic exoneranti oneri ſimile inueniam: & occurrit mihi de pẽnis auium, quod vtcumq; coaptem, quæ quodã videlicet ſingulari modo, & corpulentiorẽ

reddunt ſubſtantiem, & agilio
Mirum opus naturæ. Vnde gr
ſeſcit materia, inde ſarcina le
gatur: & quantum creſcit in m
ſa, tantum decreſcit in ponde
Hoc planè in pœnis Chriſti o
ris exprimit ſimilitudinem, qu
& ipſæ ferunt à quibus ferun
Quid & de quadriga dicam? H
nimirum admota iumento ſar
nam, quæ ab ipſo moueri nó
terat, auget quidem, ſed porta
liorem facit. On⁹ oneri additu
& minus onerat. Sic & oneri g
uiſſimo Legis accedens quad
ga Euangelij, & auxit perfection
& difficultatem minuit. His du
bus ſimilitudinibus vtitur Be
nardus: quarum poſterior adi
mihi aperuit ad eam quã ſecũd
loco adhibui, nẽpe de mulo, cu
cũ clitellæ ponderis incremen
ſint, hinc tamen hoc cõſequitu

vt ſarcinas ſibi impoſitas leuius 1
ferat. Addã etiã pręclarã ſententiã, 341.
quã in altera quadã epiſtola idem
Bernardus affert: In via vitę, quò
citius, eò facilius curritur: & leue
Saluatoris onus, quo creſcit, amplius, eò portabilius eſt. Nóne & auiculas leuat, non onerat, pennarũ, ſiue plumarũ, numeroſitas ipſa. Tolle eas, & reliquũ corpus pódere ſuo fertur ad ima. Sic diſciplinam Chriſti, ſic ſuaue iugũ, ſic onus leue, quò deponimꝰ, eò deprimimur ipſi: quia portat potius quàm portatur.

Quàm grauiter in ſpiritualis vitæ auſpiciis homo oppugnetur.

38.

PRotinus vt patrias remeat fugitiuus ad ædes
Iſacides, Laban frendet, & arma parat.
Ac generum nactus verbis inceßit acerbis,
Quod tacitus celerem ſumpſerit ille fugam.
Quin mihi diſceſſus patuit tuus, inquit, vt & te
Cum cithara, variis proſequerérque ſonis?
Iſacides contrà, Fugiendi clam mihi cauſa

Iſta fuit, ne me proſequereris, ait.

SCHOLIA.

Protinus vt patrias) Tantiſper d
homo in eo ſtatu eſt, vt cum
piis illis apud Eſaiã dicere qu
Eſa.28. Fœdus percuſſimus cum mo
1.Tim.2. & cum inferno fecimus
ctum, atque eum captiuum
bolus tenet ad ipſius volun
tandiu velut pace quadam f
tur: vt qui nullis ab eo tenta
nibus vrgeatur, quia ab ipſo
lut iure poſſidetur. At ſimul
que in ipſo eiuſmodi muta
dexteræ Dei efficitur, vt abie
flagitioſa vita ex legis diui
præſcripto viuere, atque op
pœnitentiæ conſentanea effic
incipiat, protinus diabolus in
rias ruit: ac ſi id conſequi neq
vt per obiectam præteritar
voluptatum recordationẽ eu
recuperet, vulpinam pellem a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iicit, ac leoninam induit, vſque-
adeo horrendas perſecutiones
ipſi excitans, vt plerunque op-
preſſus arma de manibus ponat,
eúmque Dominũ agnoſcat, quẽ-
admodum præclarè ab Origene *Hom. 3.*
in Exodum ſcribente annotatum *in Exod.*
eſt. Atque huius belli quod ſata-
nas aduerſus homines in melio-
ris vitæ præludiis mouere con-
ſueuit, figuram habemus in La- *Gen. 31.*
ban, qui quamprimum Iacob
ad patrem ſuum iter iniit, gra-
uiſſima iracundia inflammatus,
eum perſecutus eſt: in Pharaone, *Lib. de*
velut Cyrillus tradit, qui vt pri- *ador. in*
mùm Iudæi cum illo agere cœ- *ſpir. &*
perunt, vt eos ex Ægypto exce- *ver.*
dere, ac Deo ſacrificium offerre
ſineret, illico exarſit, eóſque im-
maniſſimè vexauit: In Saule, qui
cum Ionatham filium incredibi-
li quadam beneuolentia Daui-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dem complecti cerneret, teter
mum ſtatim odium atque in
gnationem aduerſus eum co
cepit. Qua etiam de re Origen
in eo libro quem proximè c
uimus, hæc Moſis verba ex
Exod 5 nens, Ex quo locutus ſum c
Pharaone, afflixit populum t
ita loquitur : Antequam ſer
Dei audiatur, antequam prędi
tio diuina naſcatur, non eſt
bulatio, nec tentatio: quia
buccinet tuba, non committi
bellum. Vbi verò ſignum b
tuba prædicationis oſtende
ibi ſequitur afflictio, ibi o
nis tribulationum pugna co
ſurgit. Et Paulo inferius: Pri
quam veniret ſermo qui arg
ret, vitia intra te in pace du
bant, Sed vbi ſermo Dei fac
cœpit vniuſcunque diſcrim
tunc perturbatio magna co

ſurgit, & ſine fœdere naſcitur bellum. Cum iniuſtitia enim quando poteſt conuenire iuſtitia? Idem rurſus allegorico ſẽſu exponens id quod Leuitic. 8. cap. de hircis ſcribitur, Quoniã, inquit, is, qui in ſorte Domini eſt, ſpem gerit, non in pręſenti ſeculo, ſed in futuro, & ei⁹ ſors DOmin⁹ eſt, quotidie moritur, ideo is quidẽ iugulatur: ille autẽ, qui in ſortem contrariam cecidit, non iugulatur, quia mũdus quod ſuũ eſt diligit. Ac rurſus in alia homilia de eo bello verba faciẽs, quod Iſraelitæ aduerſus Gabaonitas gerebãt, His, inquit, qui ſociauerint ſe ad filios Iſrael, omnes qui prius amici erant, inimici fiunt. Atque hinc huiuſmodi documẽtum elicit: Cum anima humana verbo Dei ſe ſociauerit, dubitare non debet ſtatim

Hom. 9 in Leuit.

Hom 11 in Ioſue.

ſe inimicos habituram. Et e
quod Gabaonitę à ſuis oppug
tur, oſtendit quòd licet vl
quoque meriti ſis in Eccleſia
men hoc ipſo quòd ad Ie
Lib.4. pertines, oppugnaberis. Eo
Mor. ca. quoque modo Gregorius ex
24. nans hæc verba Iob, Qui p
ſuſcitare Leuiatham, Quaſi
miebat, inquit, dum ſopit
prauo corde quieſceret: ſed e
tatur in prouocatione certa
nis, cum ius amiſerit perue
Lib.32. dominationis. Ac rurſus in e
cap.18. libro miraculum illud explica
cuius apud Marcum fit men
vbi Diabolus hominem e
quem Chriſti iuſſu relinqu
cogebatur, excedens diſerpſit,
hunc modum loquitur: Q
nó diſerpſerat cum tenebat, e
diſerpſit: quia tunc peius cog
tiones mentis dilaniat, cum i

termino egreſſus ſui, diuina virtute compulſus, appropinquat. Et ex eo quòd magnis cum clamoribus eum reliquit, cum tamen, dum prius eum poſſideret, mutus erat, hoc edocemur, eum, cum aliquem poſſidet, minora tentamenta irrogare: cùm vero de corde pellitur, acriori infeſtatione perturbare. Atque hoc eſt quòd Bernardus quoque ſcribit: Caro pœnitẽtis, memor libertatis recens amiſſę, acrius concupiſcit aduerſus ſpiritum. *Bern. in Pſal. 90.*

Cum cythara) Philo Iudæus eum, qui è vitiorum cœno emergere incipit, cum eo cõfert, qui è graui ac difficili morbo recreatur. Quemadmodum enim ſi ille vel tãtillum in victus ratione peccet, protinus in morbum relabitur: ſic qui probam atque honeſtam vitam inchoauit, facile ob imbe- *De præm. & pœn.*

cillitatē ſuam in vitium rec
niſi ſaluti ſuæ diligenter pro
ciat. Quod quidem cum h
noſter exploratum habeat,
quam ille ſpirituale robur c
gerit, ei obuiam prodit, atq
deiicere conatur. Ac propter
piens nos admonet, vt ſaluti
ſtræ quàm ſtudioſiſſimè cō
Eccl. 2. mus. Fili mi, inquit, accede
ſeruitutē Dei, in timore ſuſt
præpara animā tuam ad tent
Serm. 33. in cant. nē. Porro hæc tentatio in eo
Bernardus ait, ſita eſt, quòd
bonis, quæ nō videmus, form
mus, quæ impreſentiarū ſun
uerſa, tolerare. Quò plerūque
vt præ animi imbecillitate a
cœpto reſiliamꝰ. Ac proinde
ſtis noſter verū illud eſſe per
in Pſal. 118. ctū habēs, quod ab Hilario pr
tū eſt, nimirū difficile eſſe ab
tatis deſinere, atque à famili

bus abſtrahi, protinus vt hominem ſpiritum ſalutis concepiſſe ac peperiſſe videt, Ægyptiorum in modum ſtatim eum extinguere nititur. Id quod olim per Madianitas deſignabatur, qui in valle Iezrael, hoc eſt, ſeminis Dei caſtra poſuerant. Quem locũ exponens Origenes ait: Non ſunt auſi illic, vbi vidẽtur iam nati eſſe fructus ſpiritus, ſed vbi adhuc ſemen Dei iacet. Enimuero præcipua techna, qua Satanas aduerſus hominem initio ſuæ conuerſionis vtitur, hæc eſt. Nam cum ipſi hoc certum ac deliberatum eſſe videt, vt ab eo ſe abſtrahat, atque, vt Auguſtini verbis vtar, pacta infidelis & doloſæ amicitię cum eo conſtituta reſcindat, ſaltem eum rogat, ne iniquo animo ferat, ſi cum citharis & tympanis eũ proſequa-

Hom. 8. In Iud.

Lib. 1. de doctrin. Chriſt. cap. 23.

tur: velut figuram habemu
Laban erga Iacob. Qua qui
re voluptates ſignificantur, q
rum memoriam nobis refri
vt per dulcem earum reco
tionem, cum vitę ſanctæ & C
ſtianæ aſperitate collatam, q
duplici quodam ariete noſtr
rectè viuendi inſtitutum ſub
tat: quemadmodum Iſraëliti
Exod.16 tigiſſe in Exodo ac Numeri
& Num. gimus, vbi refertur quonam
11. cto carnium peponum & cu
merum Ægypti recordatio d
derium regionis illius adhu
eorũ animis ciebat. Quòd ſi
à nobis impetrare nequit, id
tem contendit, vt Deo noſtr
Ægypto ſacrificemus, hoc e
medio rerum mundanarum
multu. Verùm ad has omnes
ſidioſas preces aures obſtr
cõuenit, ſummóque ſtudio

uidere, ne ille nos ad hunc modũ proſequatur. Id autem cõtinget, ſi, iuxta Pauli conſilium, obliuiſcentes quę retrò ſunt, ea tantùm, quę à fronte ſunt, cogitemus. Atque hoc eſt quod monet Philo Iudęus. Si, inquit, circa aliquod vitium offẽſurus es, ne illud animo & cogitatione verſes, ſed totam hãc cogitationem ab animo ſtatim expelle.

Phil. 4.

Lib. 2. Alleg.

Iſacides contrà) Ambroſius in epiſtola quadam Iacob ad hunc modum ſocero reſpondentem inducit, hoc eſt, ſe tantùm ab eo abeſſe, vt huiuſmodi rebus delectaretur, ac reuocari poſſet, vt hoc ipſo nomine clàm ſe proripuerit, ne talia eum ſequerentur.

De ſatanæ aduerſus hominem crudelitate.

39.

S Æuitiem horrendam Satanæ cui noſſe libebit,
Quoque ſuos tractet perfidus ille modo,
Is ſibi proponat dira feritate Tyrannum,
Atque hominis præter qui nihil ora gerat.
Namque cadaueribus velut hic, quos Marte ſu
Alligat, vt miſeris ſit mora longa necis:
Sic atri quoque rex erebi, quos arripit, ad res
Fluxas, & fragili ſorte, ligare ſolet.

SCHOLIA.

Sæuitiem Satanæ) Inter im
niſſima crudelitatis exempla,
literarum monumentis co
gnata ſunt, iſtud haud po
mum locum tenet, nempe c
protrahendi cruciatus cauſa
uus homo cadaueri iũgitur.
etiam crudelitatis genere vt
ſueuiſſe Mezentium teſtatu
verbis Vergilius.

Mortua quinetiam iungebat corpora

In ad-hort. ad Gent. Ac proinde Clemens Alex
drinus calamitatẽ eã deplor
in quã Satanas crudeli fraude
tiles cõiecerat, hoc videlicet
perſuadens, vt cultum at

honorem vni Deo debitum ad res ſenſu carentes transferrēt, his verbis vtitur: Peruerſa beſtia, inquit, de diabolo loquens, præſtigiis quibuſdā homines in ſeruitutem redigit, atque ad hūc vſq; diē affligit, eos vt quidē mihi videtur, barbarorū more excruciās: quorū tantā eſſe inhumanitatē ferūt, vt quos bello atque armis ceperint, cadaueribus iungāt, quò vnà cū illis putreſcāt. Eodē enim modo peruerſus tyrānus ac draco, quotquot homines ſubigere poteſt, miſero ſuperſtitionis vinculo cōſtrictos, ad lapides, ligna, ac ſimulacra, viuos adducit, vnáque cū illis inhumat, quoadusq; vnà cū illis intereāt. Habes, lector ſimilitudinē eam, quam ſcriptor grauiſſimus affert. Quam in hoc Octaſticho amplificandam duxi, eam nimirum, non modò

ad Gentilium ſimulacra ac
modans, ſed etiam ad ea om
extendens, quæ fluxa & cad
ſunt: quibus, cum homo vol
tatis nexu aſtrictus eſt, miſere
Eccl. 13. rit atque corrumpitur. Quem
modũ enim fieri nequit, vt q
piam picem tangat, quin ipſ
manus inficiantur: eodem m
fieri nõ poteſt, vt qui præpoſ
affectu rebus vanis atque int
tui obnoxiis adhęret, non
quoque euaneſcat & corrũpa
atque, vt cũ Propheta loquar,
Ioel. 1. fœcibus ſuis cõputreſcat. V
Rom. 1. etiam Paulus de iis loquens,
Dei veritatẽ in mendaciũ cõ
terãt, iuſto iudicio hoc ipſis c
giſſe ait, vt in cogitationibus
euanuerint. Ex quo perſpicuũ
quòd quemadmodũ Chamæ
rei cui ſeſe adiungit colorem
trahit, ſic etiam homo talis e

citur, qualis eſt res ea, cui animũ addicit. Si Deo adhęret, diuinus efficitur. Si mundi vanitatibus, vanitate ipſa vanior redditur. Ob eámque cauſam aiebat Paulus, Neſcitis quoniam qui adhæret meretrici, vnus ſpiritus efficitur: qui autẽ adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt? 1. Cor. 6.

De mutuo piorum & impiorum aduerſum ſe iudicio.

40.

Inſanire putat mundus, quos mille labores,
Pauperiemque videt ferre, grauemque famem.
At contrà iuſti mundum, quòd vbique ſequatur
Quæ carni arrident, mente carere putat.
Sic igitur pugnant animis mundúſque piique:
Nec, qui nunc litem finiat, vllus adeſt.
Aſt illam Chriſtus dirimet, cum venerit olim,
Ac mundo vincet ſancta cadente manus.

SCHOLIA.

Inſanire putat mundus) Communis eſt hæc piorum lamentatio, quòd ſe impiis & carnalibus

contemptui atque ludibri
ſe conſpiciant. Hæc eſt q
rela Iob.cap. 19. & Dauidis p
riſque locis, nempe Pſal. 38.
& 68. vbi ait improbos inter
cula ipſum ludibrio habere c
ſueuiſſe. Qua quidem in rei d
Eccl. 10. periebatur, quod ait Sapiẽs, S
tus in ſua ſtultitia omnes ſi
miles exiſtimat. Sic nimirũ P
lus, iuxta mũdi opinionẽ loqu
1. Cor. 4. Nos, inquit, ſtulti propter C
ſtũ. Nec vero ſatis habẽt impij
lamitates piorum riſu ac cau
inſectari: verùm etiã ad labefac
dam & infrigendã eorũ patien
acerbis verbis ipſos laceſſu
quemadmodũ vxor Iob ad m
Iob. 2. ritum dicebat, Adhuc perman
in ſimplicitate tua? Eodẽque m
Tob. 2. do vxor Tobiæ ad virũ, Mani
ſtè vana facta eſt ſpes tua, &
leemoſinæ tuæ euanuerunt.

apud Malachiam de iuſtis hanc
iniquiſſimam ſententiam impij
proferunt, Vanus eſt qui ſeruit *Mal.3.*
Deo. Nec tamen propterea vir
probus animo cõſternari debet,
verùm potius lętari, animúmque
erigere, illud ſecũ reputans, quod
ſcribit Marcus Eremita, nimirum *De leg. ſpirit. verſ.133.*
certiſſimum diuini fauoris argu-
mentũ eſſe, cũ ſtultorũ ludibriis
patet. Nimirum aduerſus huiuſ-
modi tela Scripturæ ſãctę clypeo
ſeſe cõmunire debet, quæ pluri-
mis locis falſã hanc impiorũ ſen-
tentiam euertit, aliámque longè
veriorem, cúmq; ea ex diametro
pugnanté edit. Vani ſunt, inquit
Sapiẽs, omnes homines in quib⁹ *Sap.11.*
nõ eſt ſcientia Dei. Et apud Eccle- *Eccl.2.*
ſiaſtem riſũ reputaui errorem, &
gaudio dixi, Quid fruſtra decipe-
ris? Et Ionæ 2. Qui cuſtodiũt va-
nitates, fruſtra miſericordiã ſuã

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

derelinquunt. Ac denique
paucis verbis eorum ſtatū
Iob.21. giè deſcribit. Ducunt,inquit
bonis dies ſuos,& in puncto
infernum deſcendunt.Atque
longe aliis verbis vti, eám
quam aduerſus pios tulerát
tentiam,retexere incipiūt,
Sap.5. vſurpare quod eſt apud Sap
tem,Nos inſenſati vitá eorum
putabamus inſaniam. Quam
rem nihil eſt cur idcirco pij
mos deſpondeant , quod ſe
impiis cōtemni atque irride
1.Cor.1. deát,cum iidem teſte Paulo
cis verbum pro ſtultitia duc
ac prophetas quoque ſa
ac dicteriis proſequantur, il
que per riſum ſubinde repe
Eſa.24 Manda, Remanda: verbum
Dei in canticum vertant, at
adeo Deū ipſum apud Ezec
Ezech. lem pro carmine muſico hab
33.

Quare minimè mirum videri debet, ſi, cum patrem familias irrideant, multò magis ipſius quoque domeſticos ſuggillent. Atque huc facit quod ſcribit Bernardus ſuper his Dauidis verbis, 2.reg. cap.6. Ludã & vilior fiam: Ludam ſcilicet, vt illudar. Bonus ludus, qui hominibus quidẽ ridiculum, ſed Angelis pulcherrimũ ſpectaculũ præbet. Bonus, inquã, ludus, quo efficimur opprobriũ abũdantibus, & deſpectio ſuperbis. Nam reuera quid aliud ſecularibus, quàm ludere videmur, cum, quod ipſi appetunt in hoc ſeculo, nos per contrarium fugimus, & quod ipſi fugiũt, nos appetimus? more ſcilicet ioculatorũ & ſaltatorũ, qui capite miſſo deorſum, pedibúſque ſurſum erectis, præter humanum vſum ſtãt manibus, vel incedunt, & ſic in ſe *Epiſt.87* *Pſal.122*

niũ oculos defigunt. Non eſt ludus puerilis, nó eſt de theat qui fœmineis fedíſque anfra bus prouocet libidinem, a ſordidos repreſentet. Sed eſt l iocundus, honeſtus, grauis, ſ ctabilis, quo celeſtiũ ſpecta delectari poſſit aſpectus. Hoc ſto & religioſo ludo ludebat, dicebat, Spectaculũ facti ſum angelis & hominibus.

1. Cor. 3.

Animi perturbationes ebrie tatis ſpeciem præbere.

4.

EBrietas à me procul eſt (hoc dicis in horas)
Nec nimio eſt vnquam mens mea mota mero.
Quid tum? ſi pectus tenet inſaturata cupido,
Iræ ſi ratio dat tua victa locum:
Si leuibus cauſis alios inceſsis, eriſne
Sobrius, exigui ſis licet ipſe meri?
Sobrius eſſe poteſt, ratio quem deſerit omnis?
Nec madida ebrietas, nec mihi ſicca placet.

SCHOLIA.

Ebrietas a me procul) In hoc Ca

mine ad imitationē Ludouici Vi-
uis madidā ebrietatem eā voco,
quę ex nimia crapula cōtrahitur:
quæquidem cū rationē oppreſ-
ſerit, homo iā brutis ſimilis red-
ditur. Contra, ſiccā eā appello,
quæ non ex vino immodicè hau-
ſto naſcitur, ſed ex turbidis animi
motib⁹, qui omnē rationis vſum
atq; iudiciū homini eripiunt. Nā,
vt ait Hieronym⁹, in ſuis in Eze- *In 44. cap. Ezech.*
chielem cōmentariis, ebrietas nō
ſolū in potione vini, ſed in omni-
b⁹ reb⁹ oſtēditur, quib⁹ & in cō-
tractibus, & in negotiis ſeculi, &
damnis ac lucris amore & odio
mēs inebriatur ac fluctuat, & ſta-
tum ſuum tenere non poteſt.
Atque ante eum Origenes his *Hom. 7. in Leuit.*
verbis vſus eſt: Ebrij etiam ſunt,
qui ſobrij ſibi videntur. Iracun-
dia inebriat animam: furor verò
eum pluſquàm ebriū facit. Cu-

piditas & auaritia non ſolu
brium,ſed & rabidũ hominé
dũt.Ac rurſum Chryſoſtomu
Oratione quadã aduers⁹ Iud
Qui,inquit,mulieris alienę t
tur amore, qui ſcortis vaca
brius eſt.Et quemadmodũ i
multũ ebibit merũ, ſeſéq; iu
gitauit,illiberales voces effu
aliudq; pro alio videt:ſic &
veluti mero quopiã,ſua cu
tate repletus, neque ſana pr
verba, ſed obſcœna omni
pernicioſa,ſed illiberalia, ri
plena:aliaque pro aliis vide
cutiens ad ea quæ cernũtu
eandem ſententiam, & qui
In Cõ. grauiore ſtilo, ſcribit Hier
1.ca.Ioel mus in hæc verba: Eſt tri
quæ ducit ad morté:hæc ab
nãda ebrietas eſt.Eſt ira qu
ſtitiã Dei non operatur, & fu
proxima mẽtis ſuæ impoté

in tantum vt labia tremant, dentes concrepent, vultus pallore mutetur. Quid referam de gaudio & voluptate, & maximè amore, qui excæcat cordis oculos, & nihil aliud amãtẽ niſi id quod amat cogitare permittit? An non eſt dicenda ebrietas, cũ propter vile ſcortum, & ignominioſam corporis partem, animæ libertas in ſeruiles blanditias inclinatur? cum laborem ſuum alterius facit eſſe delitias? cũ furto, ſcelere, atq; periuriis opes futuræ præparat voluptati? & cũ videatur ab omnibus, ſe exiſtimat nõ videri, dũmodo potiatur eo quod deſiderat. Hęc ſunt grauiſſimi ac ſãctiſſimi viri verba. Porrò autẽ quia in hoc carmine de ira potiſſimũ loquor, quandoquidem ea eſt, quæ temulenti hominis ſpeciem expreſſius refert, non erit alienũ

Plut. in vit. Demet. quæ de ea Plutarchus literis
dauit, hic producere. Verùm
recti⁹ ea ſimilitudo, quàm af
intelligatur, illud prius admo
bo, olim apud Lacedęmonio
ſtud in more poſitũ fuiſſe, v
ſtis diebus ſeruos ſuos, quos
lotas nuncupabant, vino in
gitarent, eoſque poſtea in pu
cũ proferrent: quò iuuenes S
tani ebrietatis fœditatem con
cientes, ab huiuſmodi vitio
De cohib. irac. horrerent. Ait itaque Plutarc
quòd quemadmodum Lace
monij in ſeruis ſuis oſtender
lebãt quàm fœda res eſſet eb
tas, ſic aliorum exemplo diſ
cõuenit quàm turpis & obſc
res ſit iracundia: quæ quid
grauiſſimus morbus eſt, ſi m
verũ eſt, quod ſcribit Hippo
tes, morbos eos acerbiſſimos
periculoſiſſimos eſſe, qui ęgro
ru

rum faciem quàm maximè im-
mutant. Ac deinde intemperan-
tiã eam, quæ ex vino oritur, cũ ea
cõparat, quã iracũdia parit, atque
hãc illa lõgè turpiorẽ eſſe aſſerit.
Conſimilẽ in modũ Ariſtoteles,
vt refert Stobæus, dicere ſolebat,
iram animo tenebras perinde of-
fundere, vt fumus aſpectum tur-
bare conſueuit. Vnde etiam Gre- *Nicob. ad fil.*
gorius Nazianz. carmine quodã
eam mentis nubem appellat. Ac *Lact. li. 6. cap. 18*
Lactantius eam, hominem, non
modo probi hominis, ſed homi-
nis quoque nomine ſpoliare af-
firmat. Quocirca magnopere
nobis prouidendũ eſt, ne huiuſ-
modi perturbatione abripia-
mur: verùm contrà, quod de pa-
tre ſuo idem Gregorius ſcribit, *Orat. funeb. de Pat.*
nos ipſos aduerſus eam tãquam
aduerſus hoſtem, præmuniamus.
Qua quidem in re memoria man-

dandum eſt id quod ſcribit A-
Epiſt. 148. guſtinus. Multo meli' eſt, inq
vt nec iuſtè cuiquam iraſcam
quàm, velut iuſtè iraſcendo,
alicuius odium, irę occulta fa
litate, delabamur. In recipien
enim hoſpitibus ignotis ita ſo
mus dicere, Multo eſſe me
malum hominem perpeti, qu
forſitan per ignorãtiam exclu
bonum, dum cauemus ne re
piatur malus. Sed in affectib
animi, contrà eſt. Nam incomp
rabiliter ſalubrius eſt etiam i
iuſtæ pulſanti non aperire pe
trale cordis, quàm admittere,
facilè receſſuram, & peruen
ram de ſurculo ad trabem. H
eſt Auguſtini ſẽtẽtia, quæ vt
mores noſtros commodius tr
eat, hanc annotationem Be
nardi teſtimonio conclud
qui optimam rationem trad
qua huię perturbationi obſiſt

mus. Nolite, inquit, iraſci eis qui transitoria vobis auferũt, qui cõuitia inferunt, qui ingerunt fortè ſupplicia, & poſt hoc faciũt nihil. Oſtendã autẽ vobis cui debeatis iraſci. Iraſcimini ei, quæ ſola vobis nocere poteſt, ſola facere vt omnia illa nõ proſint. Vultis ſcire quænam illa ſit? Iniquitas propria. Ita dico vobis, huic iraſcimini. Nulla enim nocebit aduerſitas, ſi nulla dominetur iniquitas. Qui perfectè huic iraſcitur cæteris non mouetur, magis & amplectitur illa. Ego, inquit, in flagella paratus ſum. Sit damnũ, ſit cõuitium, ſit læſio corporalis. Paratus ſum, & nõ ſum turbatus, quoniam dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quidni exteriora omnia paruipendã in huius æſtimatione doloris? Filiꝰ, inquit, vteri mei perſequitur me, & cõui-

Serm. 13. in Pſal. Qui habitat.

Pſal 37.

Pſal. 118

2. Reg. 16.

tianti ſeruulo indignabor? Q
meum dereliquit me, dereliq
me virtus mea, & lumen ocu
rum meorum, & damna tem
ralia plangam, aut incomm
corporalia reputabo? Hinc n
rum manſuetudo oritur, cui
conis flatus nó noceat, ſed eti
magnanimitas, quam rugi
leonis non terreat.

Periculoſiſſimam eſſe peccat conſuetudinem.

42.

QVò magis eſt aliquis putei delapſus ad ima,
Hoc ille os putei ſtrictius eſſe putat.
Sic etiam quò quis grauiora in crimina preceps
Labitur, hoc minus eſt exitus huic facilis.
Arctius haud vnquam Venerem cum Marte lig
Mulciber, eximiæ cum daret artis opus.
Quàm ſunt arcta, quibus mala conſuetudo ligare,
Quæ ſemel obſedit pectora, vincla ſolet.

SCHOLIA.

Lib.26. cap.30. *Quò magis eſt*) D. Gregorius
ponens hæc verba Iob, Igi

ſaluabit te de ore anguſto latiſſimè, his verbis vtitur: Omnis qui vitæ viam deſerens, in peccatorũ ſe tenebras deiicit, ſemetipſum, quaſi in puteum, vel foueam, mergit. Si verò diutina perpetratione etiam cõſuetudine iniquitatis opprimitur, ne ad ſuperiora iã poſſit exurgere, quaſi anguſto ore putei coarctatur. Vnde David propheta ſub ſpecie peccantium exorat dicens, Non me demergat tempeſtas aquę, neque abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Quem enim mali operis iniquitas à bona ſtabilitate commouit, quaſi tempeſtas aquæ rapuit: ſed ſi adhuc longa conſuetudine non præualuit, non demerſit. Iam in puteum cecidit, qui hoc, quod diuina lex prohibet, perpetrauit. Sed ſi adhuc longa conſuetudo *Pſal. 68.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nõ deprimit, nequaquam o
putans coãguſtauit. Tantò
facilius egreditur, quãtò mi
conſuetudine coarctatur.

Lib. 3. cont. vitup. vit. mona.

Quàm ſunt arcta) Dura, in
Chryſoſtomus ac penitus a
& violenta res conſuetudo e
vincendam capiendamque
mã, cùm in primis iſta volup
adiutricẽ habeat: ea verò vir
ad quã feſtinamꝰ & ad quã trãſ
ri atq; applicari ſtudemus, in
tes nobis præbeat labores. Q
circa Deꝰ quoq; ipſe, cũ Hebr
eorũ, quæ in Ægypto didicera
malorum vetus conſuetudo
ponenda eſſet, ſeorſum illos
ſolitudinem adduxit, atque it
lorum formabat animos, vi
omnem medicinæ & curatio
tam aſperiorem, quàm lenior
tentãs, nihilque penitus omit
ex his, quæ viderentur eorũ ſal

britati profutura. Et ne ſic quidẽ vitia illi effugerunt: ſed cum mãna cœleſti cibo alerentur cepas tamen & allia, & cætera Ægypti mala preferebant, atque requirebant. Adeo conſuetudo valet, tãtumque habet roboris! Hæc ille. Atque itidem D. Gregorius explicans hæc verba Iob, Irruit in me quaſi gigas, Si, inquit, hoſtis ſuaſionibus anima ſubeſſe cõſueuerit, quanto ſe ei crebrius ſubiicit, tanto eum ſibi intolerabiliorem facit, vt ei reluctari non valeat: Quia nimirum malignus aduerſarius contra hanc, ex praua conſuetudine deuictam, quaſi more gigantis pugnat. quò etiã ſpectat id quod idem alibi ait, dum hæc verba Iob explanat, Stringit caudam ſuam quaſi cedrum. Bene, inquit, ſtringere cauda dicitur Behemoth, dente enim vulnerat,

Lib.13. cap.10.

Lib.32. cap.17.

cauda ligat: quia ſuggeſti
prima percutit, ſed percu
mentem, ne euadere valeat, i
leſcente, fine tētationis aſtrin
Id quod Auguſtinus quoque i
experiebatur, cum ad ſanctio
viuendi rationem ſeſe cōuer
Lib.8. confeſſ. ca.11. niteretur. Quos enim tum a
æſtus ſenſerit, in confeſſioni
ſuis pulchrè deſcribit. Iā, in
attingebam, & tenebā: nec ta
attingebā, nec tenebam, hę
mori morti, & vitæ viuere. Pl
que in me valebat dete
molitum, quàm melius inſol
Hæc ille. Vnde non imme
Cretenſes, cum, vt teſtatur Va
rius, aliquem execrari velle
nihil illi grauius imprecaban
quàm vt mala conſuetudine
lectaretur: quòd videlicet mi
mè dubitarent, quin ea res cer
ſimam ipſi perniciē eſſet allatu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Inanem omnem laborem eſſe, qui non ad ęternam vitam referatur.

43.

VT mala gens lapſum ſtuduit ſibi condere manna,
Protinus enatis vermibus eſca fuit.
Excipienda mihi ſunt tantùm ſabbata: nam tunc
Nil epulas poterat vermis in æthereas.
Dic mihi cur illis ſeruatur manna diebus,
Per reliquos pereat cum tamen vſque dies?
Diſcimus hinc rectè, quòd nil, niſi tendat ad æuum
Eſt tibi certa quies, vtilitatis habet.

SCHOLIA

Vt mala gens) Auguſtini 91. ſerm. de temp. hæc verba ſunt: Si quid hîc boni operis acquiras, ſi quid iuſtitiæ, miſericordię, & pietatis recõdas, hoc tibi in futuro ſeculo erit cibus. Denique hoc & Apoſtolus admonet dicẽs, Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet *Galat. 6* Quid ergo agimus nos, qui magis illud recondere volumus, quod corrumpatur, non quod

permaneat & perduret in cr
num,id eſt,in futuro ſeculo.
tes auari & cupidi hæc recõd
quæ in hoc ſeculo, imo cum
culo,corrumpuntur. Qui au
bona opera recondunt, illa
Exod.16 maneat vſque in craſtinum.
nique ſcriptum eſt quod qu
fideles fuerunt, ſeruauerun
manna, & ebullierunt ex eo
mes,& computruit. Illud au
quod pro die ſabbati recond
tur, non eſt corruptum, ne
vermes ebullierunt in eo,
permanſit integrum. Et tu e
ſi propter præſentem vitam t
tummodo, & propter amo
ſeculi theſaurizes, continuò
mes ebulliunt. Denique au
peccatoribus,& his qui præ
Eſa. 66. ſeculũ diligũt,quid Propheta
cat:Vermis, inquit, eorũ nõ
rietur. Iſti ſunt vermes quos g

rat auaritia: iſti sũt vermes quos generat diuitiarũ cæca cupiditas his, q̃ habẽt pecunias, & vidẽtes in neceſſitate fratres ſuos claudũt ab eis viſcera ſua. Propterea & Apoſtol⁹ dicit: Diuitib⁹ autẽ ſeculi huius pręcipe nõ ſuperbè ſapere.

Quàm ſit arduum cupiditatibus imperare.

44.

Fœnoribus quidam tot ſeſe obſtrinxerat olim,
Nulla quies vt ei nocte diéque foret.
Creditor inſtabat namque vnus & alter in horas:
Nec, quò ſe planè vertere poſſet, erat.
Credita perſoluit tamen hic cum fœnore tandem
Omnia, ſic miſero parta labore quies.
Parta quidem, haud obtẽta tamen: nam creditor vnus,
Vſque licet capiens, vſque moleſtus erat.

SCHOLIA.

Fœnoribus quidam) Cũ ſenex quidam, vt refert Caſſianus à philoſophis quibuſdã vt ruſticus exagitaretur, huiuſmodi problema illis ſoluendũ propoſuit. Multis, inquit, creditoribus pater meus me dereliquit obnoxiũ: cęteris ad *Collat. 5. cap. 21.*

integrum ſoluens ab omni c
uentionis eorũ moleſtia libe
ſum: vni ſatisfacere quotidie
uendo non poſſum. Quod c
illi exponere minimè potuiſſ
ſic ille explicuit, vt per cæte
creditores reliqua vitia int
geret, quib⁹ aliquãdo obno
fuerat: verùm inſpirante ipſi
deſideriũ libertatis, cunctis
tanquam moleſtiſſimis cred
ribus, renunciãs, mundo & c
nem ſubſtãtiã, quę illi ſucceſ
ne patris obuenerat, à ſe pa
abiiciẽs, ſatisfecerat, ab eiſq;
ſus abſolutus fuerat. Cęteriq
ſtimulis nullo modo carere
terat. Ac ſanè pij omnes viri,
Chriſtianæ vitæ perfectioné
plexi ſunt, plurimũ in eo lab
Lib. 5. de Inſtit. cœnob. cap. 14. ſubierunt, vt ad id peruenir
quod idem Caſſianus alibi
nempe vt cibi refectionem, n

iucũditati cóceſſam, quàm oneris vice ſibi impoſitam agnoſcerent, magíſq; eã neceſſariam corpori, quàm deſiderabilem animæ, ſentirent attributã. Ac valde quoq; notandũ eſt quod paulò poſt ait: Ciborũ nõ ſolũ ſuperfluus appetitus virtutũ cõtemplatione calcãdus, ſed etiã ipſi naturæ neceſſarius, tanquã caſtitati cõtrarius, nõ ſine cordis anxietate ſumend⁹ eſt. Et ita demũ vitæ noſtræ inſtituẽdus eſt curſus, vt nullũ magis ſit tempus, quo ſentiamus nos à ſpiritualib⁹ ſtudiis reuocari, quã quo deſcẽdere ad neceſſariã corporis curã eius fragilitate cõpellimur. Quò etiã pertinet id quod ait in Confeſſionibus Auguſtin⁹. Hoc me inquit, ad Deũ, docuiſti, vt queádmodũ medicamenta, ſic alimenta ſumpturus accedã. Sed dum ad quietem ſatietatis ex in-

digentiæ moleſtia tranſeo in
traſitu inſidiatur laqueus con
piſcentiæ.

Pri⁹ ſe quiſq; corrigat, quā co gendos alios ſuſcipiat. 45

Horrendi ſceleris pœnas tribus vna pependit,
Dum reliquæ ſumunt arma, iubente Deo.
Antè tamen, meritas quàm poſſent ſumere pœna
Victores, pugna bis cecidere graui.
Quid ſibi vult, quòd dum ſanctiſsima iuſſa To
Exequitur populus, bis tamen ipſe cadit?
Nempe quòd ille alios qui tentat plectere, debet
Ipſe prius vindex criminis eſſe ſui.

SCHOLIA.

Lib. 3. Com. ad Epheſ. cap. 5. *Horrendi ſceleris*) D. Hieronym exponens hæc verba Pauli, M gis autem redarguite, Inter ce ra mādata, inquit, etiā peccato poſſe arguere, maximę libert eſt. Sed hoc ille poteſt facere, non meretur audire, Hypocr *Mat. 7.* eiice primū trabē de oculo t & tunc videbis, vt eiicias feſt de oculo fratris tui. Atque co

modo Gregorius quoque ſcitè ad hoc argumentum eam Iſraelitarũ hiſtoriã accõmodat, cuius in hoc Octaſticho mentionem feci. Quid eſt, inquit, quòd Iſrael in vltionem ſceleris (Beniamimitarũ) inflãmatur, & tamẽ ipſe prius proſternitur, niſi quòd priùs ipſi purgãdi ſunt, per quos aliorum culpæ feriuntur: vt ipſi iã mundi per vltionẽ veniãt, qui aliorum vitia corrigere feſtinãt? Ac rurſus alio loco his verbis vtitur: Cum de Deo hominibus loquimur, debemus primũ meminiſſe quid ſumus, vt ex propria infirmitate penſemus, quo docẽdi ordine infirmis fratribus cõſulamus. Conſideremus igitur quia aut tales ſumus, quales nõnullos corrigimus: aut tales aliquãdo fuim⁹, & ſi iã diuina gratia operãte nõ ſum⁹, vt tãto tẽperan-

Lib. 14. Mor. cap. 15.

Lib. 23. cap. 14.

tius humili corde corrigam
quãto noſmetipſos verius in
quos emendamus agnoſcim
Si autem non ſumus nec fuim
quales adhuc illi ſunt quos em
dare curamus. ne cor noſtrũſ
ſuperbiat, & de ipſa innoce
peius ruat, quorũ mala corr
mus, alia eorum bona nobis
oculos reuocem⁹. Hæc ille. Q
bus coronidis vice illud add
quod prouerbio dici ſolet: ni
rũ turpe eſſe aliis mederi velle
nos ipſi vulneribus ſcateamu

Cauendum eſſe ne aditum
nos Satanæ præbeamus.

46.

EVa parens, quonam tua mens abſceſſerat, angui
Aures peſtifero cum patuere tuæ?
Quis furor, vt vetita legeres ex arbore pomum,
Quod generi inuexit tam mala multa tuo?
Vos Euæ ſoboles, vos Euæ audite nepotes,
Quæ fuit & vobis & mihi cauſa necis;

Ang

Angui aditus omnes præcludite: nanque parenti
Obfuit, huic facilem quòd dedit ipſa fidem.

SCHLOIA.

Eua parens) Perpetua eſt hæc Satanæ cõſuetudo, vt primùm peccata, quoad eius fieri poteſt, extenuet, eóq; hominẽ adducat, vt ea tãquam leuia, paruíq; momenti, nihil curet: quòd ſcilicet, vt eſt apud Marcum Eremitã, hominem alioqui ad maiora & grauiora ſcelera trahi minimè poſſe perſpectũ habeat. Vnde etiam Chryſoſtomus hanc eſſe cauſam ait, quamobrem atrocioribus peccatis aditus ad nos pateat, quòd in minoribus nõ eam, quàm par ſit, correctionem adhibeamus. Qua quidem in re ad illud Scripturæ reſpicere videtur, Qui minima contemnit, paulatim decidet. Atque vt clarius iſtud oſtendat, hic ſimilitudine vtitur: Quemadmo-

De leg. ſpirit. num 96.
In Com. epiſt. ad Gal.
Eccli. 19

dũ in corporibus humanis,
vulneribus ſuis medicinā ad-
bere negligũt,febres ac putr
nes atq; adeo mortem quo
ipſam ſibi accerſunt:eodē m
in anima, ij qui exigua pec
paruipendunt, maiora inui
De decē. chord. cap.11. Auguſtinus item, vt indicet
rimis leuibus peccatis ani
opprimi poſſe, ſimilitudin
pluuiis ducit, quæ tametſi g
tatim labantur, flumina ta
implēt,ac domos ſubruũt.Q
idem etiam ait de arenæ gra
quæ tametſi minutiſſima ſint
men ſi plus æquo his nauis o
retur,non eſt dubium quin c
feſtim peſsũ itura ſit. Quin G
gorius quoque Nazianz. in
mine aduerſ. Diabolum his
bis eum alloquitur.

Tu minimis primò vitiis in pectora n
Influis, ac velut exiguis illaberis riuis

At ſimulatque tibi, datus eſt locus, illico magnus
Irrumpis, rapidéque fluens latiſsimus amnis:
Donec me chaos abripiat, baratrúmque profundū.

Quare nō immeritò Paulus nos admonet, ne locū diabolo demꝰ. *Ephe. 4.* *Pſal. 136* Et dauid ſub Babylonicorum filiorum typo beatos eos pronunciat, qui primas Diaboli ſuggeſtiones atque conſilia ad firmam petram, hoc eſt, Chriſtum, alliſerint. Quò ſpectat id quod ait Cyprianus, *De ieiu. & tent. Chriſti.* diaboli nimirū primis titillationibus obuiandū eſſe, nec colubrum foueri debere, donec in ſerpentem formetur. Ac *In cap. 9. Eccle.* poſt eum Hieronymus Diabolum ſerpentem lubricum eſſe ait, cuius capiti, hoc eſt, primæ ſuggeſtioni, niſi reſiſtatur, non eſſe dubitandum, quin in penetrale cordis furtim illabatur. Certiſſima porro ipſi reſiſtendi ratio in hoc ſita eſt, vt iuxta *Prou. 4.*

Sapientis conſilium cor no
omni cuſtodia ſeruemus, a
leuiſſima quæq; peccata ho
Epiſt. ad Celant. mus, illud Hieronymi mem
tenentes, qui neſcire ſe aieba
peccatum vllum leue dici po
cùm non niſi per Dei conten
admittatur. Quod quidem in
animis noſtris infixum eſſe d
vt vel à leuiſſimis quibuſque
gitationibus, quibus animæ
ſtrę quoquo modo infici que
abhorreamus, illud nimirum
certo habentes, quòd etiam
conſenſum ipſis negemus,
tamen propterea fœtoris
quid nobis inhalare deſinãt,
admodum his verbis elega
De Ieiun. & tent. Chriſt. oſtendit Cyprianus: Quãuis
bolus ab ingreſſu mẽtis arce
renitente conſenſu, aliquid
de ſpurcitia ſua ibi euomãs, a
minationũ horrore nauſeare

pellit. Sic, vt aliquid poeticũ inſerá, temulentius Cyclops, illiciti cõiugij appetitor, licet à Pallade repellatur, in gremio tamen eius Erichthoniũ fundit, & incorrupta Minerua, ſupereſt tamẽ deforme mõſtrũ: nec omnino affectata ſcelera in memoria moriuntur.

De huius vitæ miſeria.

47.

PRunæum ob fratrem, crudeli morte peremptum,
Quid tua tam ſæuus pectora mæror habet?
Dignus an eſt lachrimis, qui, dum patriamq́; fidémque
Defendit, fuſo ſanguine tingit humum?
Hunc igitur non flere decet, nam ſorte beata eſt:
Sed quæ tu melius vixeris, ipſe feres.
Vitæ homini quid longa fuerunt, rogo, tempora? plura
Vt mala vel videat vel ferat, aut faciat.

Scholia.

Prunæum ob fratrem) Hoc carmine dolorem eum mihi minuere tento, in quem me chariſſimi fratris mei Claudi Billij Prunæi, viri cùm rei militaris peritiſſimi,

tum etiam ſingulari doctrina
que omni virtutis genere præ
acerrimíque Catholicę fidei p
pugnatoris, mors præmatura
iecit. Qui poſt innumera virt
ſuæ documenta edita, tandem
prælio ad Iarnacum commi
cũm fractos ac fugientes ho
acrius perſequeretur captus
eſt, ac non multo poſt, co
omne belli ius, ducis adue
rij iuſſu crudeliſſimè obtrun
tus eſt.

Vitæ homini) Horum verbor
ſententia à Gregorio Nazian
no ſumpta eſt, qui in ea Orat
ne, qua Cæſarij fratris fun' ex
nat, patrem & matrem his ver
alloquitur: Quandiu nos an
uertit Cæſarius? Quandiu e
diſceſſu angemur? Nonne eu
lapidem quãprimum ſubibi
Nonne idem puluis propedi

erim⁹? Nōne ex paucis his diebus hoc ſolum lucri faciemus, vt plura mala, partim videam⁹, partim perpetiamur, partim etiam faciamus, atque ita tādem ipſi quoq; naturæ legi commune certúmq; tributum exoluamus, atq; alios ſequamur, alios morte anteuertamus, alios lugeamus, ab aliis deploremur, munúſque lachrymarum, quod aliis contulimus, ab aliis viciſſim recipiamus?

De Chriſti aduerſus mortem victoria.

48.

O Fera mors, quæ non vno contenta, ſecundum,
Pictonas obſeſſos hoſte tenente rapis.
Ænea quem fracto pede glans immiſſa peremit,
Dum vigil hoſtiles arcet ab vrbe minas.
O fera, quæ dirimis fratres, & nomina chara
Diſſocias. ſed me vox leuat iſta Dei:
Tu quoque mors gladiis dabis olim guttura noſtris:
Atque horrende tuus tartare morſus ero.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scholia.

O fera mors) Hoc quoq; carm alterius fratris mei Ludouici lij mors deploratur, qui cum comite Briſſaco peditum tum præfuiſſet, atque innumeris lo egregia virtutis argumenta p buiſſet, tãdem in Pictauienſi ſidione, dũ eã vrbis partem, diſiectus murus erat fortiſſi animo cũ ſuis tuetur, ænea gl ictus, paucis poſt diebus vita morte cõmutauit. Sic in ciuilib hiſce bellis quatuor fratres miſi: Duos nimirũ in pugna di denſi, ac duos reliquos in ter ciuili tumultu: ne quid inter de Bellouaco & Giurio auunc lis meis, viris clariſſimis ac fo tiſſimis dicam.

Tu quoque mors) Hęc fere ad v bum ex Hieronymo tranſcrip ſunt, qui Epiſcopum quendam

nepotis morte mœrentem &affli-
ctum per literas conſolans, Mors
inquit, fratres diuidit, & chariſſi-
ma inter ſe nomina crudelis &
dura diſſociat. Sed habemus con-
ſolationem, quòd hac Domini
noſtri voce occiditur, O mors *Oſe.3.*
ero tua, morſus tu' ero infernus.

Qua ratione in contemptum res
mundi venire queant.

49.

QVisquis ad excelſi peruenit culmina montis,
Iam cuncta ex alto vertice parua putat.
Sic quoque virtutis tetigit qui culmina, parui
Iam pretij, quicquid cernit in orbe, putat.
Viſne igitur vilis mundus, mundíque voluptas
Sit tibi? vis mundi ſit procul omnis amor?
Ante oculos tibi pone Deum, ſedéſque beatas:
Sic mundi ſubitò fracta cupido ruet.

SCHOLIA.

Quiſquis ad excelſi) Hanc ſimili- *Hom.*
tudinem a Chryſoſtomo ſumpſi, *15.ad*
qua ille vtitur, vt oſtendat res *pop. Antioch.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

terrenas paruas iis videri,
cœleſtium deſiderio flagran
Gal.6. Quemadmodum Paulo viu
nit, qui ſimul atque cœleſtia c
ſpexit, terrena aſpernari cœ
vt ipſemet his verbis teſta
Mundus mihi crucifixus eſt,
ego mundo. Ac Bernardus h
Serm.11. in Pſal. Qui habitat. cauſam eſſe ſcribit, cur an
panem alienum mendicet, q
ſuum comedere oblita eſt: co
fieri, vt terrenis rebus inh
quia cœleſtia minimè medita
Matt.12 Quamobrem curandum eſſe
fortem armatum fortior pe
Epiſt. ad Ruſt. clauúſque clauum extrudat. E
demque modo Hieronym
Veterem, inquit, amorem n
mutemus. Illícque exemplic
regē Aſſuerū proponit, qui
reginæ Vaſthi, Eſther ada
uit. Hac enim nimirum ra
ne mundus quamprimum

faſtidium & contemptum nobis veniet, dicemus cum Pſalmiſta, Quid mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram? Quò etiam facit illud Bernardi, vbi Dei amorem virgæ Moſis coram Pharaone in ſerpentem verſæ comparat, ac reliquarum rerum amorem Magorum virgis in ſerpentes itidem mutatis. Hinc enim nobis iſtud ſignificauit, quòd quemadmodum ſerpens Moſis Magorum omnium ſerpẽtes deuorauit, ſic iſte quoque amor, cũ venerit, carnales omnes affectiones delectationéſque noſtras & conſolationes abſorbeat.

Pſal 72.

Serm. 3. de Aſcenſ.

Sic mundi ſubitò) Hoc nimirum eſt, quod de ſeipſo initio ſuæ conuerſionis his verbis teſtatur Auguſtinus: Quàm ſuaue mihi ſubito factum eſt carere ſuauitatibus nugarum, & quas

Lib. 9. conf. ca. 1

amittere met⁹ fuerat, iam di
tere gaudiũ erat. Eiiciebas e
eas à me, vera tu & ſumma ſu
tas, eiiciebas & intrabas
eis omni voluptate dul
ſed non carni & ſanguini:
luce clarior, ſed homini ſec
interiori: omni honore ſu
mior ſed non ſublimis in ſe.

De miſero atque inutili impiorum labore.

50.

Retia dum texit, ſua viſcera perdit Arachne,
Et ſeſe miſero ſtulta labore necat.
Ecquid enim tenues contexit aranea telas?
Vt muſcas laqueis implicet ipſa ſuis.
Huic igitur, quæ ſe prædæ tum vilis amore
Perdit, eum ſimilem dicere iure queas,
Qui fluxas dum quærit opes, dum captat honores,
Dum quoque delicias expetit, ipſe perit.

SCHOLIA.

Retia dum texit) Inter pl
mas ſimilitudines, quas vete

Theologi adhibuerunt, vt oſtenderent quàm vano & miſero labore ſe in rebus fluxis & fragilib⁹ impij conficiant, meo quidem iudicio vix vllam reperire eſt, quæ expreſſius huiuſmodi miſeriã nobis ob oculos ponat, quàm ſit illa qua Bernardus in lib. de Conuerſ. ad Cler. vtitur, vbi duritiei & impœnitentiæ hominũ impiorum cauſam interiori cuidam ſtupiditati aſcribens, paulò poſt ita loquitur. Quid mirum ſi propriam minimè ſentiat anima læſionem, quæ, ſui ipſius oblita, & penitus abſens ſibi, in longinquam profecta eſt regionem? Erit autem cum in ſemetipſum reuerſa, cognoſcat quàm crudeliter miſeræ venationis obtentu euiſcerauit ſemetipſam. Neque enim id ſentire poterat, dum vilẽ muſcarum prædam deſiderio

Cap. 4.

captans inſatiabili, aranearu
ſtar, ex viſceribus propriis i
xere retia videretur.

De eleemoſina: & quòd imp probo viro nocere nequeat.

51.

Aſtronomus quidam (ſic finxit priſca vetuſtas)
Reginæ abſciſſam vexit ad aſtra comam.
Is tamen haud aſtris illam intulit. Ille capillos
Cœlo infert, inopes qui miſeratus alit.
Crinis opes, crinis fluxos deſignat honores,
Et vitam, poterit quam reſecare Doeg.
Sed licet & barbam ſecet improbus, atque capil
Nil tamen is iuſti prorſus in oſſa poteſt.

SCHOLIA.

Aſtronomus quidam) Beren
Ptolomei Euergetis vxor, viro
longinqua regione bellũ gere
hoc voto ſe obſtrinxit, vt ſi
ſpes ille & incolumis redi
comam ſuam diis conſecra
Quo quidem etiam voto p
mariti reditum defuncta eſt. E

porro ea tempeſtate doctiſſimus quidam aſtronomus, nomine Comonus, qui, vt à regina gratiam iniret, Deos huiuſmodi crinem cœlo infixiſſe, atque in aſtrorum numerum retuliſſe aſſeruit. Vnde etiam nexus quidã ſiderũ eſt, quem Berenices crinẽ vocant. Atque, ex hac fabula occaſione ſumpta, duos locos in hoc carmine attingere libuit, alterũ nempe de miſericordia ac liberalitate erga pauperes, alterũ quo id oſtendo, probo viro nihil ab impio detrimenti accidere poſſe. Quod itaque ad primum attinet, aio per crines, qui corporis humani velut excreméta ſunt, mũdanas opes nobis ſignificari, quibus tanquam capillis, Mariæ Magdalenæ more, operęprętium ſit Domini pedes extergere, hoc eſt, pauperibus opem afferre. Qui *Luc. 7.*

enim id facit, is ſanè crines i
cœlo infigit, atque hoc præ
Luc. 12. quod Chriſtus ait, Theſaur
vobis theſauros in cœlo, quo
Tract. nō appropiat. Si ſuperflua hab
50. in inquit Auguſtinus, da pauper
Ioann. & Domini pedes terſiſti. Ca
enim ſuperflua corporis eſſe
dentur. Habes quod agas de
perfluis tuis. Tibi ſuperflua ſ
ſed Domini pedibus neceſſ
ſunt. Quod autem ad ſecun
ſpectat, eiuſdem Auguſtini ve
giis inſiſto, qui hunc loc
Dauidis exponens, Sicut no
cula acuta feciſti dolum. pulch
rimam inde doctrinam eli
valdéque ad piorum animos
perſecutione leuandos acco
modatam. Ait enim, quòd que
admodum nouaculæ munus
barbam & capillos, qui ſuper
ac velut excrementa corpo

ſunt, radere: ſic omnis impij potentia atque tyrannis vltra res temporarias, velut opes, honores, ac deniq; vitam præſentem, haudquaquam ſe porrigit. Neq; enim probi ac fidelis Chriſtiani os, hoc eſt, fidem charitatémque erga Deum confringere poteſt. Ac proinde, id quod de Chriſto prædictum fuerat, Os non comminuetis ex eo, myſtico ſenſu in electis quoque locum habere. Id quod etiam Chryſoſtomum mouit, vt elegantem Homiliam de hac re conſcriberet, qua plurimis rationibus & exemplis oſtendit neminem, niſi à ſeipſo, lędi poſſe. Eodem modo Ambroſius quoq; *Epi. 82.* exponens illud Eſaiæ, tãquam agnus coram tõdente ſe os ſuum non aperuit, meritò ait Prophetã his verbis, Coram tõdente vſum fuiſſe, quod Dominus noſter in

cruce ſuperflua tãtùm, ac nõ propria, hoc eſt, humanitatē, diuinitatem, exuerit. Quin quoq; Arnobij valde probā eſt, qui tyrãnos ac piorum per cutores, iis cõparat, qui hon in vincula cõiectũ aliter nõ ſe grauibus pœnis afficere p niſi in ipſum carcerē ſequāt; tamē certiſſima eſt ratio, qu liberentur. Eodē enim modo pios dum piis exitium mol tur, immortalem ipſis beatit nem quęrere.

Lib.2. aduerſ. Gent.

De hominis creatione.

IApeto genitore ſatum mortalibus ignem
Græcia, cum vita, ſtulta dediſſe refert.
Hunc tibi quin capias vaniſsima græcia falſum
Authorem generis, nil moror ipſe, tui.
Credimus at contrà, qui nos de puluere terræ
Ætheream ad formam ſtruxerit, eſſe Deum.
Diuinam at flammam in terras non raptor Ieſ
Attulit, huius enim ſunt bona cuncta Patr

SCHOLIA.

Iapeto genitore) Fabula de homine à Prometheo creato, ac cœleſti igne rapto refertur ab Heſiodo in eo libro qui inſcribitur, opera & Dies & à Luciano in Dialogis Deorũ. Quãquidem ego in hoc Carmine vt ſtultã & cõmentitiã reijciens, aio cum Scriptura filium Dei, vt cæterarum omniũ rerum, ſic hominis quoq; opificẽ extitiſſe. Per ignem autem cœleſtẽ charitatẽ intelligo. Hic quippe ignis eſt, quẽ, Luca teſte, Chriſtus, vt in terram mitteret, venit. *Luc. 12.* Atq; hîc, vt antitheſi noſtrę gratiæ nonnihil accedat, alludo ad id quod ſcribit Apoſtolus, Chriſtum rapinam arbitratum non fuiſſe, æqualem ſe Deo eſſe. *Phili. 2.*

Quàm turpe ſit gulæ deditum eſſe.

53.

QVi ventrem tantum curat, pro numine ven
Cenſet, dátque animæ pabula nulla ſua,
Pythonici ritu, qui verba ex ventre profundit,
Suſque velut viuit, ſus moritúrque velut,
Trũcus is, horrẽdúmque humano in corpore m
Prorſus ad immanes dignus abire feras.
Vtque breui dicam (quale inter ſidera quoddam
Nomen habet) dici debet hic Acephalus.

SCHOLIA.

Qui ventrem tantum) Nullu vitiũ, quod hominẽ brutis liorem reddat, quàm gula. quis enim huiuſmodi vol addict⁹ eſt, nihil aliud cur vt brutorum in modũ ven bis farciat, de animæ interi monia nihil ſolicitus. Nec i ritò huiuſmodi homines pro ſale tãtum habere, ne ſcãt, philoſoph⁹ quidã dix rũ Apoſtolus lõge acrius ſectatur dũ ventrẽ pro De
Phil. 3. eſſe ait. Porro de malis illi ex hoc vitio oriuntur, inte

mera alia exẽpla,duo grauiſſima
in Scriptura habemus,vnũ in So- *Ezech.*
domitis,quorũ exitiũ ex abũdãtia 16.
panis ac ſaturitate potiſſimũ or-
tũ eſſe ait Ezechiel:alterũ de Iſrae- *Exo 32.*
litis,qui poſteaquã ederũt ac bi-
berunt, ſurrexerunt ludere , hoc
eſt vitulum adorarũt. Nã quid de
Eſau dicã, qui exiguum iuſculũ *Gen.25.*
primogenitorum iuri antetulit?
Qui quidẽ helluonũ omniũ figu-
ra eſt, vtpote qui perexiguæ vo-
luptatis cauſa ſpiritualis primo-
geniturę iuri,hoc eſt cœleſtis re-
gni ſpei(nã cœleſtẽ quoq; Hieru-
ſalem primitiuorũ Eccleſiã Pau-
lus appellat) renũciare nihili du-
cunt. Ob eãq; cauſam idem Apo- *Heb.12.*
ſtolꝰ etiã atq; etiã nos admonet,
ne profanũ illũ helluonem imite-
mur. Enimuero Plato vſqueadeo *Epiſt.7.*
hoc vitium execratus eſt, vt etiã
grauiſſimis verbis eos inceſſere

minimè dubitari qui bis in
ſaturãtur,negãs huiuſmodi h
mines ad prudentiã vnquã,n
ad tẽperantiã & moderation
peruenire poſſe.

Pithonici ritu)Pleriſq; Scrip
locis Pithonicorũ fit mentio,
etiã ἐγγαστρίμυθοι à Græcis,
eſt ventriloqui,appellãtur,q
cũ iis,à quibus cóſulebãtur,
cula ederent,ita vocẽ mittebã
ea nõ ex lingua,ſed ex ventre
nare videretur.Hanc igitur g
verbi ſignificationem ad inſt
tũ meũ accómodãs, Pithonic
eũ,ſine ventriloquũ,appello,c
In Apo- omnia verba ad ventris volup
loget. tes referũtur.Atq; in hac re G
goriũ theologũ tãtùm imitor
quo improbi paſtores,quique
muneris ſui adminiſtratione
hil aliud ſibi proponũt, quàm
ventri obſequãtur, hoc nomi

nũcupãtur. Vnde etiã ob huiuſce vitij fœditatem tã apud Græcos, quàm Latinos, ventres appellari ſolent, qui ventris voluptates nimiopere conſectantur.

Acephalus) Clemens Alexãdrinus in pędagogico ſuo ita loquitur: Mihi videtur is qui à Mathematicis dicitur Acephal⁹, qui ante ſtellã erranté annumeratur, capite in pect⁹ cõpreſſo, ſignificare helluones homines, & voluptuarios, & ad ebrietaté propéſos. Nã in iis quoq; ratiocinãdi facultas, nõ in capite, ſed in inteſtinis collocatur, irę & cupiditati ſeruiẽs. Quinetiã eodé libro, eũ, qui ſuperfluo alimento vtitur, nũquam vt ſit ſapiens, laboraturum eſſe ait: vt qui mentem in ventre infoderit. Ob idque eum ſimilem eſſe dicit piſci, qui aſinus dicitur, qué Ariſtoteles ſolũ ex omnibus

Lib. 2. cap. 2.

Cap. 1.

animalibus cor in ventre habere ſcribit.

De piorum ſpe 54.

SPes mala cuncta leuat, vinúmque educit ab v…
Melláque de rigida pinguia rupe trahit.
Spes quoque ſancta piis eſt ignea nocte columna,
Incus, quæ nullis frangitur icta malis.
Chriſticolæ ô ſortem populi bis térque beatam,
Rebus in aduerſis cui datur iſta comes!
Hac duce nam quiuis læta ſubit aſpera mente,
Viuit & in mediis vt Salamandra rogis.

SCHOLIA.

Lib. 13. var. hiſt. *Spes mala)* Plato, vt eſt apud Æ-
lianũ, ſpem ita definire ſoleba-
vt nihil aliud eſſe, quàm vigilan-
tium inſomnium diceret: quòd
qui in rerũ futurarũ ſpe viu-
pleraq; inania ſibi polliceantu-
Verùm hoc de ea demũ ſpe inte-
ligendũ eſt, quæ nõ niſi fluxis,
fragilibus rebus, atque interit-
obnoxiis, nititur: in quibus qui-
quis ſpẽ figit, iis profecto ſimili-
eſt, qui ſe inter dormiẽdum am-

pliſſimis opibus præditos eſſe putāt:excitati autē, inopes prorſus ac vacuos ſeſe inueniūt. Eiuſmodi improborū hominum ac mundo addictorum ſpes eſt. Ob eāq; cauſam in Scriptura ſtipulæ à vento abreptę, ac ſpumę maris, & fumo cōparatur. Ac Iob ſpem hypocritę periturā eſſe aſſerit. At verò de pij Chriſtiani ſpe longè aliter ſentiendū eſt, quippe quā eiuſmodi eſſe Apoſtolus teſtetur, vt nūquā cōfundat. Ac proinde Iob, in grauiſſimis quibuſq; afflictionibus eā arctiſſimè cōplectebatur, cū diceret ſe, etiāſi à Deo occideretur, tamen in eū ſperaturū. In quo quidē Senecæ iudiciū cōdemnatur, qui Rhodiū quēdam, vt nimis fracti & abiecti animi hominem, vehemēter accuſabat, ꝙ cū cauea incluſus, vt ei in acerbiſſimis cruciatib⁹ vita proroga-

Sap. 5. *Iob. 8.* *Rom. 5.* *Iob. 13.*

retur à tyrãno quodã incluſus
neretur, abamicis tamen add
nó potuit, vt mortẽ ſibi concil
ret, homini tandiu ſperandũ e
1.Cor.15 dicens, quãdiu apud viuos eſſ
Ac quidẽ Paulus de ea ſpe ver
faciens, quæ non vltra h
mundum porrigitur, his ver
vtebatur, Si in hac tantum v
ſperantes ſumus, miſerabilio
2.Cor.4. ſumus omnibus hominibus.
rùm ipſius ſpes lõgè ſublim
ferebatur. Perſpiciebat enim n
ea quæ videntur, ſed quæ non
dentur: illúdque ſecũ reputab
calamitates huiuſce vitæ lęui
mas, atq; adeo momẽtaneas e
ſi cum ęterna gloria, quæ h
quæritur, in comparationem
niant: atque, vt idem alio loco
cebat, paſſiones huius tempo
Heb.11. nó eſſe cõdignas ad futurã glo
quę reuelabitur in nobis. Qua

delicet in re Moſem imitabatur, qui ea de cauſa afflictiones ſuas forti animo perferebat, quòd aſpiceret in retributionem. Eóque ſpectat, quod de iuſtis Sapiens inquit, nimirum ſpem illorum immortalitate plenam eſſe. Ac ſanè hæc virtus omnibus, qui ſalutem ſuam plurimi faciunt, perquam neceſſaria eſt. Nam quia iis, qui pietatis iter tenent, plurimæ rerũ difficultates, ac moleſtiæ obiici ſolent, proinde illud neceſſe eſt, vt ſpes, firmiſſimæ cuiuſdam columnæ inſtar, fidem & charitatẽ fulciat: ne alioqui vel bonorum operum ſtudio & exercitatione fatiſcãt, vel afflictionibus ac terroribus illis, qui in dies occurrũt, ſuccumbant. Ac propterea Apoſtolus eos optima conſolatione frui ait, qui ad ſanctam hãc ſpem confugiunt, quam velut firmam

Sap. 3.

Heb. 6. animæ anchoram habent. [illegible]
1. Theſ. 5 rurſum hanc virtutem gale[illegible]
ſalutis appellat.

Quã breues ſint mũdi voluptat[illegible]

55.

SIrenes procul eſte, procul fuge blanda voluptas:
Deſine nos cantu perdere velle tuo.
Gaudia nam nobis quòd primùm oſtendis & offers,
Id facis, vt miſeris cauſa ſit iſta necis.
Nam velut ex molli nil vnquam excerpitur vua,
Vt ſemel vt præli fluxerit inde liquor:
Sic ſemel vt prælo mortis caro noſtra ſubacta eſt,
Non viret ad luſus pòſt rediuiua ſuos.

SCHOLIA.

Serm. 9. in Sãctis. *Sirenes procul eſte*) D. Bernard[illegible] exponens illud Cãticorum, M[illegible] liora ſunt vbera tua vino, ait, [illegible] vinum, carnis voluptates inte[illegible] gi poſſe. Idq́ue vt planum faci[illegible] his verbis vtitur: Vt vua ſem[illegible] expreſſa non habet iam quod d[illegible] nuo fundat, ſed perpetua aridi[illegible] te damnatur: ſic caro in preſſu[illegible] mortis ab omni prorſus ſua d[illegible]

lectatione ſiccatur, nec vltra reuireſcit ad libidines. Vnde Propheta: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos. Et Apoſtolus, Qui ſeminat in carne, de carne & metet corruptionem. Et rurſum: Eſca vētri, & venter eſcis: Deus autem & hunc & has deſtruet. Hac nimirū ſimilitudine oſtendit pius hic Author quàm fluxæ ac citò perituræ ſint mundi voluptates, ac proinde ſtultiſſimum eſſe, qui animum his affigit.

Eſa. 40.

Galat. 6

1. Cor. 6.

Res aduerſas proſperis optabiliores eſſe.

56.

Optio ſi detur ſortis mihi (fœmina princeps
Dicebat) media viuere ſorte velim.
Si nequeam media, tum dura viuere malim,
Quàm nimia rerum proſperitate frui.
Egregium ſanè dictum: ratióque perinde

Egregia, & clara principe digna fuit.
Non deſunt miſeris ſolatia, dixit: at illum,
Qui nimis eſt fœlix, mens bona ſæpe fugit.

SCHOLIA.

Num. 56 *Optio ſi detur*) Ludouicus V
ues in ſuo Satellitio ex Ma
Angliæ regina huiuſmodi ap
phtegma ſeſe accepiſſe teſta
Quo quidem vix vllum vnqua
ex principis fœminæ ore il
ſtrius ac præſtantius exiſſe ar
tror. Quantũ enim ad id attin
quod ait ſibi gratiorem fore m
diocrẽ quandã fortunã, quàm v
nimis ſecundã, vel nimis adue
nihil ait, quod nõ cũ eo cõgru
Prou. 30. quod Sapiens à Deo poſtula
cum eũ obſecraret, ne vel amp
ſimis opibus eum cumularet,
rurſus eum in extremam ege
coniiceret: verùm ei, quæ diu
ad vitã tuẽdam neceſſaria eſſe
ſuppeditaret. Ne, inquit, ſatia

illiciar ad negandum , & dicam,
Quis eſt Dominus? Aut egeſtate
compulſus , furer & periurē no-
men Domini mei. Quòd autem
ad ſecundum ſpectat, experientia
propè quotidiana hoc apertè do-
cet, perdifficile eſſe in ingēti pro-
ſperitate, ac circunfluente omniū
bonorū copia, ſeſe intra modeſtię
& humilitatis fines cōtinere. Cu-
ius rei inſignia exēpla habemus
in Nabugodonoſor, Antiocho,
ac pleriſque aliis, quos rerū ſecū-
darū magnitudo ita excęcauit, vt
Dei cognitionē, ac proinde metū,
amiſerint. Quamobrem non im- *Herod. lib 3.*
meritò Amaſis Ægypti rex nimiā
Polycratis proſperitatem ſuſpe-
ctam habebat, ac ſiniſtri cuiuſpiā
ominis inſtar ducebat. Vnde *In Apoph.*
etiam, vt à Plutarcho prodi-
tum eſt, Philippus Macedoniæ
rex, cùm vno atque eodem die

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tres ei res optatiſſimæ nunti
eſſent, O fortuna, inquit, leui
quo malo me mulcta. Qui
verbis id optabat vir pruden
ſimus, vt immodica illa fœlici
mœrore aliquo veluti cõdire
Epiſt. ad Paul. de obit. Bleſil. Atque ad eundem modum H
ronymus hæc Pauli verba ex
nens, Sufficit tibi gratia mea,
reuelationum humiliandam
perbiam, inquit, monitor q
humanæ imbecillitatis app
tur, in ſimilitudinem triump
tium, quibus in curru retrò
mes adhærebat, per ſingulas
clamationes ciuium dicens, H
minem te eſſe memento. Ver
hoc conſilium ægrè in eius a
mum ſubire poteſt, qui in
modica quadam proſperi
verſatur. Contrà is qui in cala
tatẽ aliquam incidit, præter c
conſolationem, quæ ipſi ab a

cis adhiberi ſolet, ab ipſa quoque aduerſitate admonetur, vt ſubmiſſè de ſe ſentiat. Tribulatio enim, inquit Gregorius, aurem cordis aperit, quam proſperitas mundi ſæpe claudit. Itaque magiſtri cuiuſdam vice illis eſt, qui ex ea vtilitatem capere norunt. Eaque de cauſa Crœſus ad Cyrum dicebat: Et ſi moleſtiā mihi calamitates meæ attulerūt, eędē tamen mihi doctrinæ loco fuerunt. Id quod elegantius ab Herodoto effertur ob eam affinitatem, quæ eſt inter hęc duo vocabula, παθήματα & μαθήματα. *Herodot. li. 1.*

Chriſtum eos vt plurimum ad ſe admittere, quos mundus aſpernatur.

57.

Quid mœres quòd te mundus faſtidit & horret,

Te cruciat, miris inſequitúrque modis?
Erige te: mundus quos auerſatur & odit,
Excipit hos Chriſtus, colligit atque fouet.
Sic nempe à Domino crudeli barbarus æger
Linquitur, immiti conteriturque fame.
Aſt hunc inueniens ſoboles Ieſſæa, benignè
Excipit, atque auido pellit ab ore famem.

SCHOLIA.

Quid mæres) Hoc carmen ad
rum conſolationem tendit, q
quòd mundi ſapientia, opib
honoribus careant, aut aliis v
rebus, quas ille ſtultè miratur,
ſuſpicit, contemni ac reiici ſol
minoríſque quã vermes æſtim
ri. Et tamen de huiuſmodi hom
nib⁹, quos mũdus pro quiſqui
habet, Deus perſępe vaſa elect
1 Reg.30 nis efficit. Quẽadmodũ nobis
Amalecitã illũ puerũ in typo
mõſtratur, qui cũ ob aduerſa
letudinẽ à Domino relict⁹ fui
à Dauide humaniſſimè excep
Lib.5. eſt. Id quod exponẽs Gregori

nobis hinc ſignificari docet, eos vt plurimũ benigniſſimè ac ſuauiſſimè à Deo excipi, quos mũdꝰ reiicit & aſpernatur. Quod etiã hinc patet, quod Ioãnes de cæco nato ſcribit, qui cũ turpiter ac per ſummã contumeliã à Scribis & Pharisæis è ſynagoga eiectꝰ fuiſſet, cõfeſtim Christum obuiũ habuit, ingentíque ex eius verbis conſolatione affectus eſt. *Moral. cap. 29.* *Ioan. 9.*

Deum ſupra res omnes amandum eſſe.

58.

Fœmina ſi pulchram capiens à coniuge gemmam,
Præ gemmæ nimio ſpernat amore virum,
Ecquis erit, qui non hanc execretur, & omni
Dignam odio, dignam ſuppliciòque putet?
Heu nos iſte notat mutato nomine ſermo,
Plenáque perfidiæ pectora noſtra ferit:
Innumeris qui cum donis cumulemur in horas,
Præferimus danti munera ſumpta Deo.

SCOHLIA.

Fœmina ſi pulchram) Argumen- *Tract. 2.*

Tract.2. in epiſ.1. Ioan.

tum huius carminis ex Augu-
no ſumptum eſt, qui in tract
quodam his verbis vtitur: N
te prohibet Deus amare iſta
poralia, ſed non diligere ad b
titudinem, ſed approbare & la
dare, vt ames creatorem. Que
admodum, Fratres, ſi ſponſus
cerit ſponſæ ſuæ annulum, & i
acceptum annulũ plus dilige
quàm ſponſum, qui illi fecit a
nulum, nonne in ipſo dono ſp
adultera anima deprehẽderet
quamuis hoc amaret, quod
dit ſponſus. Ac rurſum: Arr
dat ſponſus, vt in arra ſua ipſe
metur. Ergo dedit tibi Deus o
nia iſta: ama illum qui fecit i
Ac rurſus aliquanto poſt. Si
cepto annulo diceret ſpo
Sufficit mihi annulus iſte,
illius faciem nolo videre: qu
eſſet? quis non deteſtaretur ha

amentiam? Quis non adulterum animum conuinceret? His nimirũ verbis docet vir ſanctiſſimus non eſſe nobis committendum, vt amorem noſtrum in rebus vllis conditis defigamus, verum per eas tanquam per ſcalas quaſdam ad Dei amorem conſcendamus.

Saluti, quandiu licet operam dandam eſſe.

59.

Eia age non pigro nidum tibi finge labore,
Dum calor eſt, æſtas ac tibi læta fauet.
Triſtis hyems ventura breui eſt, ac nubila cæca,
Et, quos non cupias ipſe videre, dies.
Cum ſupera in terras Chriſtus deſcendet ab arce,
Criminibus pœnas conſtituetque graues:
O miſerum, ex animo qui nil mage fecerit vnquam,
Quàm facit ex anima ſus lutulenta ſua.

Scholia.

Eya age) Hæc verba ab Heſiodo mutuatus ſum quemadmodum ſuperius indicaui.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et quos non cupias) Hoc eſt qu
Eccl. 12. ait Sapiens, Memento Creato
tui in diebus iuuentutis tuæ, a
tequam veniat tempus afflicti
nis & appropinquent anni
quibus dicas, Non mihi placen

Epiſt. 104. *O miſerum*) Bernadus in ep
quadam ad Galterum, anxieta
eam animi ei ob oculos p
ponit, in qua extremo iudicij
futurus eſt, ſi inueniatur nil eg
amplius de immortali & rati
nali ſpiritu ſuo, quàm quod
pecus de ſuo: cũ brutus ſpiri
non viuat niſi quandiu viuific
& vno eodẽque momẽto & vi
ficare pariter deſinat, & viuere

Voluptates huius mundi ad
tremum amaras inueniri.

60.

QValis erat Iezabel, cùm picta oſtenderet ora,
Principis vt fieret mitior ira noui:
Talem ſe mundus ſtultis oſtendere gaudet,

Ora quibus monſtrans, poſteriora tegit.
Aſt animi ſi quis peracuto lumine cernat
Eius cum nitida poſtera fronte ſimul:
Protinus hunc fugiet. ſiquidem tam terga videbit
Turpia, quàm facies arte decora nitet.

SCHOLIA.

Qualis erat IeZabel) In libro Allegoriarum Bibliæ vbi de eo agitur, quod Iezabel oculos ſuos ſtibio pinxit, ac per feneſtrã reſpexit, vt per aſcititiam formæ venuſtatem incenſũ iracũdia noui regis Iehu animum mitigaret, doctor quidã hunc locũ morali ſenſu exponẽs, per Iezabelem mundi vanitatẽ ac voluptatẽ ſignificari ait, quę oculos ſuos pingit, quia à ſtultis ipſius fucus agnoſci nequit, ac ficta ſuauitate ſtultorum animos illicit, quoniã caput tantũ oſtendit, ac nõ poſteriora, hoc eſt, voluptatis initiũ ac nõ finẽ. Atqui, vt ſapiẽter monebat Ariſtoteles, voluptates, nõ veniẽtes, ſed abeun- *4. Reg. 9* *Laer. in vit. Phil.*

tes inſpiciendæ ſunt: hoc eſt, n
tam id ſpectandum eſt quâ ſu
quodam ſenſu animos prim
mulceant, ſed quàm acerb
tandem aculeum figant. Qu
Prou. 5. obrem non abs re Salomon
impudicę mulierculæ typo
carnis voluptate verba facie
ipſius finem nobis ob ocu
ponit, dum ait mel quidem
ipſius labiis ſtillare, cæter
poſteriora eius abſinthio am
Conc. 4. de Laz. riora eſſe. Eoque ſpectat qu
Chryſoſtomus ait peccatum p
tui contrarium eſſe. Nam in pe
petrãdo ſcelere, inquit, quonia
voluptate ſumus ebrij, non p
inde ſẽtimus: verùm ſimulatq
commiſſum fuerit, ceperitq
finem, tum demum extincta v
luptate amarus pœnitentiæ ſti
mulus ſuccedit, contrà quàm ac
cidere ſolet mulieribus partu

rientibus. Nam illis ante partum labor eſt ingẽs, graueſque nixus, diſſecantes eas doloribus: poſt partum verò relaxatio, dolore ſimul cum infante egrediente. Verùm hîc non item: ſed dum parturimus concipimuſque corruptos affectus, delectamur gaudemuſque: cęterùm vbi fuerimus enixi malum illum puerum, peccatum, tum conſpecta fœditate partus, diſcruciamur grauius, quàm mulieres parturiẽtes. Hæc ille. Quibus non incõmodè adiungi poſſunt, quæ ſcribit Bernardus, de eo loquens, qui breuis cuiuſdam ac momẽtaneæ voluptatis cauſa graues ſibi dolores accerſit. Si vidiſti, inquit, hominem ſcalpere manus, & vſque ad ſanguinem confricare, euidentem in eo habes ſimilitudinem animæ peccãtis expreſsã.

De conuerſ. ad cler. ca. 4

Cedit ſiquidem voluptas illa do-
lori : & ſuccedit pruritui cru-
ciatus. Neque id ignorabat ſe
diſſimulabat ille, dũ ſcalperet. Si
laceramus, ſic exulceramus pro-
priis manibus animas infœlices.
Libr. Alleg. Hucuſque Bernardus. Huius au-
tem rei pulcherrimam figurã ha-
bemus in Abſalone, qui crinibus
inhærens ſuſpenditur, quia
perfluitatis amore detinetur.
lus autem, cui inſederat, pertra-
ſiit, ſed ipſe quercui ſuſpẽſus in-
hęſit: quia luxuria, cui ſemper in-
hęſerat, & dolus, periit, ſed pœ-
peccati remanſit. Hactenus qu-
tum ad impiorum lætitiam, q-
ſemper dolore concluditur. N
quãtũ ad piorũ afflictiones, qu
ſuauiſſima quædã cõſolatio p
petuò excipit, duos tantùm te
De 40. Manſ. manſ. 3. proferemus. Primus Hierony
erit, qui in quadã ad Fabiolã E
ſtola ita loquitur : apud me

cos quoq; quędā antidotus no-
xios humores tēperans ex amari-
tudine nuncupatur (ἱερὰν πικρὰν
intelligit) quæ dulcis oſtenditur,
reſtituēs ſanitatē, ſicut è cōtrario
voluptas atq; luxuria amaritu-
dine terminātur, dicente Scriptu-
ra, Quę ad tēpus pinguefacit fau-
ces tuas, nouiſſimè verò amarius
felle inuenies. Poſterior erit Ber- *Epi. 256*
nardus, qui, vt Eugenij Papę ani-
mū, ob eas calamitates, quę tum
graſſabātur, iacentem & afflictū
excitaret, his verbis vtebatur: Re- *Pſal. 126*
uera panē doloris comedimꝰ, & *Pſal. 59.*
potati ſumus vino cōpunctionis.
Quid diffidis amice ſpōſi? Quaſi
nō more ſuo vinū bonū ſeruaue-
rit vſq; adhuc benignus & ſapiēs
ſpōſus? quibꝰ verbis vir optimus
ac doctiſſimꝰ, alludēs ad hęc ver-
ba Euāgelij, quibꝰ Architriclinus
ſpōſum alloquebatur, oſtēdit hāc
Dei cōſuetudinem eſſe, vt cōſola-

tionem & lętitiam electis ſuis
extremum ſeruet, quemadmo
etiam ipſe Diſcipulis apertè
clarauit, cum ad eos paulò an
Ioan.16. paſſionem diceret, Amen, am
dico vobis, plorabitis & flebi
vos, mũdus autem gaudebit:
triſtitia veſtra vertetur in ga
Epiſt. 2. dium. Ob idque ſtudioſè nota
da eſt ea ſalus, quam Bernard
Fulconi dicit, cum in Epiſto
principio id ei optat, vt inde in
doleſcentia lætetur, vnde in ſen
ctute non pœniteat.

Piorum in afflictione conſolatio.

61.

HOſtis quòd tibi ſit mirari deſine mundus,
Infeſtuſque tuum quòd petat vſque caput.
Dauidicóne virum quem cernit in agmine Nabal
Militiæ fungi munere, ferre poteſt?
In furias rapitur, cùm preſſus fœnore quiſquam
Confugit ad tanti martia caſtra ducis:

Atque ſuis lautas epulas apponere ſeruis
Mauult, Dauidicam quàm ſatiare manum.

SCHOLIA.

Hoſtis quòd tibi) Chriſtus Apo- *Ioan. 15.*
ſtolos ſuos aduerſus imminen-
tes perſecutiones præmuniens,
his ad eos verbis vtebatur, Si de
mundo eſſetis, mundus quod
ſuum eſſet, diligeret: ſed quia non
eſtis de mundo, ſed ego vos elegi
de mundo, ideo odit vos mũdus.
Hinc igitur occaſionem ſumens,
ad eorum cõſolationem hoc car-
men condidi, qui in Dei & Eccle-
ſiæ odium ab impiis acerbiſſimè
vexantur, illud oſtendẽs, ſemper
eam fore mundi conſuetudinem,
vt veros ac ſinceros Chriſti ſer-
uos inſectetur. Quod quidem vt
faciam, allegoricè hunc Scriptu-
ræ locum expono, vbi ingratitu-
dinis illius atque inhumanitatis, *1. Reg.*
qua Nabal aduerſus Dauidẽ vſus *25.*

eſt, mētio fit. Per Nabal enim mū-
dū intelligo, qui Chriſto, cui' Da-
uid typū gerit, vſq; adeo ingra-
ſe prębet, vt quāuis ipſius fau-
atq; auxilio, tum ipſe, tū omn-
opes ſuæ, cōſeruentur, propter-
tamen eum aſpernari non de-
nit, atque omne inhumanita-
genus in eos exercere, quos a-
ipſius caſtra ſeſe cōtuliſſe cer-
multo potius habens meſſo-
ſuos, hoc eſt, eos, à quib' coli-
epulis accipere, quā eos, qui m-
gno illi imperatori nomē dede-

De ſpiritualis illuminationis gradib-

62.

FAſciculus viridis, ſimul vt iactatur in ignem,
Non ardet: manat fumus at inde grauis.
Pòſt coctis ſenſim lux quædam humoribus exit:
Ac demum exiliens maxima flamma micat.
Sic animo cæcus qui multis extitit annis,
Non pulſa ex oculis omnia nocte videt.
Palpat enim primùm, atq; alios videt arboris in-
Pergere: tum claro lumine cuncta notat.

SCHLOIA.

Faſciculus viridis) Pius ille, ac ſingulari quodã zelo præditus Gerſon, in eo ſermone, quẽ de D. Bernardo habuit, ignem diuini amoris primò cum multo carnalium deſideriorum fumo torrere ait, & flammã non niſi rarã raptim emicare: dehinc flammam rapaciorẽ exurgere, conuolutam tamen fumo phantaſmatum: ad poſtremũ velut in carbone ſuo nitere, depuratũ ab omni fumo paſſionũ. *Ser. vlt. in feſt. omn. ſanct.*

Atq; etiã in eundem ſenſum alio loco animam primùm amore lãguere ſcribit: deinde amore mori, dum carnis moleſtiis caret: ac denique amore viuere, quemadmodum Paulus, cùm diceret, Iam non ego viuo, viuit autem in me Chriſtus. *Gal. 2.* Atque in huius rei typum reginam Saba profert, quæ primùm in itinere ve- *3. Reg.*

xatur , poſtea moritur ſtupore, demum viuit lætitia.

Domandam ac ſubigendam carnem eſſe.

63.

QVid ſibi vult quòd ſacra cohors ad iuſſa Proph
Concita fraterno ſanguine tingit humum?
Nempe quòd eſſe Dei nequit is, qui pignora, fra
Cognatos, legem numinis ante locat.
At neque cognatus, toto nec frater in orbe eſt,
Qui mihi carne mea iunctior eſſe queat,
Leuitæ ergo gradum quiſquis deſiderat, ille
Non dubitet carni bella mouere ſuæ.

SCHOLIA.

Quid ſibi vult) D. Ambroſius, superius diximus, myſticæ cui dam mortis mētionem facit, qu tum demum exiſtit, cùm hom peccato moritur, vt iuſtitię viu Qua quidem morte Paulus a ctus erat, cùm diceret, Mihi m dus crucifixus eſt, & ego mu
Gala 2. do. Vnde etiã ad Romanos ſc
Rom. 6. bens his verbis vtebatur, Si mo

tui eſtis peccato, quomodo adhuc viuetis in illo? Atque hanc mortem perſpicuè nobis Auguſtinus exponit, cum lib. 3. aduerſ. Maximin. cap. 12. ait in omni natura mutationi ſubiecta, hāc mutationem mortis ſpeciem eſſe, quatenus in ea aliquid non eſſe facit, quod ante erat. Ac propterea animam humanā ſuam quoque mortem quandam habere. Etenim ſi iuſtè viuens, poſtea in peccatum incidat, eum iuſtitiæ mori: ſi autem, cum antè in peccatis volutaretur, poſtea iuſtificetur, tum demum peccato mori. Sed iam de eo, quod ad huiuſce Carminis inſtitutum attinet, loquamur, hoc eſt, de carnis mortificatione. Quodquidem vocabulum vt in re ipſa ac ſententia ad myſticam hanc mortem, de qua verba fecimus, proximè

lib. 3. ca. 12.

accedit, ſic etiam ſono ipſo non
longè ab ea remotum eſt. In hac
porro huiuſmodi mortificatio
ta eſt, nempe vt caro, cùm ſpiritu
obſequiũ negat, ieiuniis, vigil
variiſq; laborib⁹ debilitetur, qu
hac ratione ſpiritus imperiũ ob
tineat, atque in diuinis rebus
berè, ac ſine vlla interpellatione
verſetur. Ac de hac mortificat
Collat. 3. ne loquitur Paul⁹ in epiſt. ad C
1. Pet. 3. loſſenſes, & Petrus in priore C
nonica. Cuius præclaram figu
in Geneſi expreſſã habemus, v
Gen. 16. Sara ancillæ Agar inſolentiam
cõtumaciã iuſto ſupplicio co
cet. Per Sarã enim ſpiritus de
gnatur, per Agar, caro, quæ m
tò à Domino affligitur, cùm i
munere ſuo fungi negligit. Si
hunc locũ exponit Philo Iudæ
Quò etiã ſpectat id quod in h

carmine aio, argumento ſũpto ex *Ambro. epiſt. 56.* Ambroſio, qui eam propinquorũ cædem, quam Leuitæ Moſis iuſſu perpetrarũt, morali ſẽſu exponens, his verbis vtitur: Ille Leuita verus vltor & vindex eſt, qui carnem occidit, vt ſpiritum ſeruet, qualis erat ille qui dicebat, Caſtigo corpus meum & cet. Quid autem tam proximum, quàm caro animæ? Quid tam proximum, quàm ſunt paſſiones corporis? Eas in ſe Leuita bonus interimit ſpiri- *Heb. 4.* tali gladio, qui eſt verbum Dei *Epi. 60.* bis acutum & validum. Atque huiuſmodi mortificationis illuſtre teſtimonium Acholio præbet. Vidi, inquit, ita illum eſſe in corpore, vt eſſe extra corpus putarem. Ac rurſum: Corpore tantùm pro velamine vtebatur,

non pro officio:certè ad ſeruiti[um]
non ad ſubſidium. Ita enim aff[li]-
cerat corpus ſuum, vt in eo m[un]-
dum crucifigeret, & mundo [ſe]
Car. ad- metipſum. Eodem modo Greg[o]-
uerſ. car. rius Naz. in poëticis opuſcul[is]
hanc carnis mortificationem ele-
ganter in hæc verba deſcribit:

Te noſtri teneat reuerentia: ſit procul à te
Ingluuies: ceſſa bella mouere mihi.
Ætherei teſtor dextram genitoris, in vnum
Quique humana trahet (nec mora) cuncta diem:
Quòd te ita conficiam variorum mole dolorum,
Exanimi vt iam ſis corpore debilior,
Ni contacta tibi quàm primùm fimbria Chriſti
Peſtiferum fluxum comprimat, atque ſcelus
Ex imo venias lachrimarum pectore flumen:
Ex animo, atque oculis, iam fuge, ſomne, meis:
Vt ſedes flammam, qua mens exuritur ægra,
Fœtorémque fuges, quem mihi noxa parit.
Dureſcant curuata ſolo mihi membra, famíque,
Pro dapibus lætis ſit medicina cinis.
Sit ſaccus pro veſte mihi, qui pectora pungat,
Atque ferat menti, quam caro lædit, opem.
Cura veni, carnis domitrix, pœnæque perennes

Fac ſubeant animum concutiántque meum.

Quid ſit homo. 64.

ECquid homo eſt? longa verborum ambage morari
Quid te opus eſt? quid ſit vis homo ſcire? nihil.
Sed quid? ſi nihil eſt, cur tanti hunc ducit, in illo
Vt ſua defigat pectora ſancta Deus?
Pectora cum figat, ſenſúſque ibi, pectus & illic,
Eſſe poteſt dici nilne homo iure? nihil.
Nil ex ſe niſi puluis homo eſt: ex numine manat,
Riuus vt ex fluuio, quicquid honoris habet.

SCHOLIA.

Ecquid homo eſt) Cùm Deus con-
cionādi munus Eſaię mandaſſet, *Eſa.*40.
incertúmque ipſe haberet, vnde
potiſſimū ſibi ordiendum eſſet,
huiuſmodi argumentum ab illo
accepit, Omnis caro fœnum, &
omnis gloria eius tanquam flos
fœni. Eodemque modo Iob pa- *Iob.*17.
trem putredinem vocat, matrém-
que item ac ſororem vermes. Et
Dauid in quodem Pſalmo, iuxta *Pſal.* 61.
ſenſum hebraicum, tantam eſſe
hominum vanitatem ait, vt ſi cū

vanitate ipſa in comparation
veniat, ea vanior extitura ſit.
Illiad.6. que vt etiam ex prophanis a
thoribus aliquid delibē, Ho
rus, humanū genus foliis cōfe
quemadmodū & ante eum Io
Iob.13. Pindarus autem hominē ita de
nit, vt eum ſomnij vmbrā eſſe
cat. Vlyſſes etiam, vt eſt apud S
phoclē, hominē nil aliud eſſe
cebat quàm idolū & vmbrā le
Solō porro, vt ab Herodoto pr
ditum eſt, Crœſum illum opib
florentiſſimum regem alloquē
O Crœſe, inquit, Quiuis hom
Guido mera calamitas eſt. Quin idem
bitur. tiam hominem putredinē in o
Stob. tu, bullam in vita, vermium p
bulum in morte eſſe aiebat.
Ariſtoteles, cū ex eo quæreretu
quidnam homo eſſet, reſpondi
exemplum imbecillitatis, ſpol
temporis, ludum fortunæ, imag

nem inconſtantiæ. Ac proinde Pauſaniæ, regi præclarũ atque in primis ſapiens reſponſum olim à Simonide datũ eſt. Nam cùm rex ille, proſperis belli ſucceſſib' elatus, eruditum aliquod ac memorandum præceptum ab eo popoſciſſet, perſpecto ipſius faſtu atq; arrogantia, eum monuit, vt nunquam hominẽ ſe eſſe obliuiſceretur. Cũ ergo talem eſſe hominem conſtet, qualis nunc deſcriptus eſt, hoc carmẽ per quendam addubitationis modum condidi, Bernardi exemplum ſecutus, qui quodã Sermone, vbi de hominis vanitate plurima verba fecit, eũque nihil eſſe oſtẽdit, mox tamen ſe velut corrigit, orationémq; retexit, eo videlicet Iob loco cõmotus, vbi ille Deũ alloquẽs ait, Vt quid apponis erga eũ cor tuum? Hinc enim colligit fieri nõ poſſe,

Plut. in in cõſo. *Serm. 5. de Dedic.* *Iob. 7.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quin homo aliquid magni fa-
imò etiam Dei theſaurus, iun
id quod Chriſtus in Euangeli
Mat. 6. ait, Vbi eſt theſaurus tuus, illic
cor tuum. Atque in eandem ſe
Orat. 2. *de Paſch.* tentiã Gregorius Naz. inſignen
illam ac planè admirandam ex-
cellentiam ſecum reputans, qu
ſupra res omnes, quæ in aſpect
cadunt, in homine elucet, ſci
atque ingenioſè nomen illu
mutat, quod Democritus olin
homini impoſuerat, μικρὸν κόσ-
μον, id eſt paruum mundum
eum appellans. Cõtrà enim ipſ
μέγαν κόσμον. i. magnũ mundum
eũ nuncupat, quòd præter qua-
tuor illa elementa, ex quibus hic
mundus conſtat, mente quoque
inſuper præditus ſit. Ob eamque
cauſam Octaſtichum iſtud in-
clauſi, vt quia, variis rationibus,
& paruus & magnus homo re-

peritur quicquid in eo magni ac præclari eſt, ad Deum referam, reliquum homini relinquam.

Eſſe poteſt) Bernadus ſermone quodā Deum ita alloquitur: Qui curat eſſe niſi propter te pro nihilo eſt, & nihil eſt. Deniq; quid eſt homo, niſi quia tu innotuiſti ei? Propter temetipſum Deus feciſti omnia: & qui eſſe vult ſibi & non tibi, nihil eſſe incipit inter omnia. Deum time & mandata eius obſerua: hoc eſt, inquit, omnis homo. Ergo ſi hoc eſt omnis homo, abſque hoc nihil omnis homo.

Ser. 20. in Cant.

Pſalm. 143.

Eccl. 12.

Non omnes diuini verbi auditores vtilitatem ex eo capere.

65.

INgens magnetis ſit vis licet, haud tamen ille
Omnia, ſed ferri pondera ſola trahit.
Vi quadam occulta ferrum graue tollit in altum
Cùm tamen haud vlla ſuſtineatur ope.

Ætherei ſic non quiſquis demittit in aurem
Verba Dei, fructum protinus inde capit:
Sed probus, ac pietate grauis, qui, robore nixus
Inferiùs nullo, tendit ad aſtra leuis.

SCHOLIA.

Lib. 1. de curat. Græc. Affect.

Ingens magnetis) Magnetis ea vim eſſe conſtat, inquit Theodoretus, vt omnem aliam materiam quietam, immotámque dimittat, ferrum autem duntaxat ad ſe trahat, nonnunquam verò altè à ſublatum quaſi oſtentet: tamen nullis idipſum rebus ab inferiori loco ſuffulciatur, nec ſupernè aliquo nexu viſibili colligetur, ſed eius lapidis incubãte virtute nobis occulta, ſuſpenſum ſit. Tale verò quippiam & in diuinis Scripturis, & in verbis quæ de Deo fiunt, ſolet contingere, vt facilè cognoſcat qui diligenter aduertet. Plurimi enim, imò vt ita dicam, cuncti ferè mortales aures illis accommodant: ſoli ve

capiuntur, qui alumni ſunt fidei, cùm tamen ab inferiori loco nullius terrenę fœlicitatis ſolatio tenentur, neque quicquam appareat vnde à ſuperiori loco vincti dependeant, ſed ad occultas duntaxat rerum ſpes mẽtem animũque accommodent. Hæc doctiſſimi viri verba ſunt: qui quidem in hac ſimilitudine ad eam parabolam reſpexiſſe videtur, in qua Chriſtus verbũ ſuum ſemini cõfert, quod non niſi in terra bona fructũ edit. Quò etiam ſpectat id quod 2. Tuſcul. Cicero ait, nõ eſſe mirandũ ſi in animo forti contra mortem habita oratio facilè inſederit: quę tamen apud ignauos & abiectos animos minimè valuiſſet. Cur autẽ ij qui verbũ Dei audiũt, maxima ex parte ſine fructu domũ redeãt, eò potiſſimùm fit, quòd nõ eo, quo decet animo ad *Mat.* 13.

ſacras conciones ſe conferun[…]
hoc eſt vt ex his medicinam ſi[…]
quærant, ſed vel defunctoriè [...]
nulla cum attẽtione iis interſi[…]
vel hoc tantum ſibi propon[…]
vt eruditi cuiuſdam & diſerti c[…]
cionatoris oratione animum p[…]
ſcãt & oblectent. Ob idque p[…]
conum verbi Dei eadem me[…]
querela eſſe poſſet, quæ Arri[…]
philoſophi, qui in ſuo Epicte[…]
ad eos qui hoc obiicere ſoleb[…]
ex philoſophorum ſcholis [...]
prælectionibus parum omni[…]
vtilitatis capi, Et quiſnam, [...]
quit, ſcholam ingreditur? Qu[…]
eo animo, vt medicinam hi[…]
trahat? &c.

Spirituali dolori modum adhibendum eſſe.

66.

VTilis eſt fletus, cum quis ſua crimina luget.
Namque animis noxas eximit iſte dolor.
Nō tamen in luctu ſemper lachrimiſque manendū eſt:
Ne mens immodico fracta labore cadat.
Poſt lachrimas, gemituſque graues, clementia Chriſti
Confeſtim eſt oculos ante locanda tuos.
Sic oculus Phœbi radianti lumine læſus,
Ad virides ſeſe poſteà flectit agros.

SCHOLIA.

Vtilis eſt fletus) Argumentum *Ser.* 11.
huiꝰ Octaſtichi à Bernardo mu- *In Cāt.*
tuatus ſum, qui in ſermone quo-
dam eorum animos erigens qui
in admiſſorū ſcelerum anxia re-
cordatione nimis defixi ſunt, his
verbis vtitur: Suadeo vobis ami-
cis meis reflectere interdum pe-
dem à moleſta & anxia recorda-
tione viarum veſtrarum, & eua-
dere in itinera planiora ſerenio-
ris memoriæ beneficiorum Dei:
vt qui in vobis confundimini, ip-
ſius intuitu reſpiretis. Volo vos
experiri illud quod ſanctus Pro- *Pſal.* 36.
pheta conſulit dicens, Delecta-

re in Domino, & dabit tibi pe-
titiones cordis tui. Et quidem
neceſſarius dolor pro peccatis
ſed ſi non ſit continuus. Sanè in-
terpoletur lætiori recordatio-
ne diuinæ benignitatis: ne for-
tè prę triſtitia induretur cor, &
deſperatione plus pereat. Miſcea-
mus abſinthio mel: vt ſalubris a-
maritudo ſalutem dare tunc po-
ſit, cum immixto temperata dul-
core bibi poterit. Audi denique
Deũ, quomodo ipſe contriti cor-
dis tẽperat amaritudinem, quo-
modo puſillanimẽ à deſperatio-
nis baratro reuocat, quomodo
blandæ & fidelis promiſſionis
melle mœrentem conſolatur, eri-
git diffidẽtem. Ait per Prophetã:
Eſa. 48. Ego infrenabo os tuum laude
mea, ne intereas, hoc eſt, ne in-
tuitu facinorũ tuorum nimiã in-
curras triſtitiã, atq; inſtar effrena-

equi deſperatus, in preceps ruas & pereas, freno te, inquit, inhibebo indulgentię meæ & meis laudibus erigã: reſpirabíſq; in bonis meis, qui de tuis cõfunderis malis, dum me ſanè benigniorem quàm te culpabiliorẽ inuenies. Hoc freno ſi infrenatus fuiſſet Cain, nequaquam deſperando dixiſſet, Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniã merear. Abſit, abſit. Maior enim eſt eius pietas, quàm quæuis iniquitas. Ideo iuſtus non continuè, ſed tantùm in principio ſermonis accuſator eſt ſui. Porro autem in Dei laudes extrema ſermonis claudere conſueuit. Videte denique iuſtum hoc ordine procedentem. Cogitaui, ait, vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua: vt videlicet qui contritionem & infelicitatem in

Geneſ. 4

Prou. 18.

Pſalm. 118.

viis propriis perpeſſus fuerat, in
via teſtimoniorum Dei delecta-
retur ſicut in omnibus diuitiis.
Et vos igitur exemplo iuſti, ſi
vobis in humilitate ſentitis, ſen-
tite & de Domino in bonitate.
Sap.1. Sic enim legitis apud Sapientem:
Sentite de Domino in bonitate,
& in ſimplicitate cordis quærite
illũ. Hæc autem facilè menti per-
ſuadet diuinæ munificentię fre-
quens, imò continua recordatio.
Alioquin quomodo implebitur
1.Theſ.5. Apoſtolicum illud, In omnibus
gratias agentes, ſi ea pro quibus
gratiæ debentur, à corde receſſe-
rint? Nolo vos Iudaico nota-
Pſalm. opprobrio, de quibus Scriptu-
77. ra teſtatur, quòd non fuerint
memores benefactorum eius,
mirabilium eius, quæ oſtendit
eis. Quin idem alio quoque lo-
co his verbis vtitur: Duob⁹ me-
d

dis impeditur oratio peccatoris, vel nulla, vel nimia luce. Nulla luce illuſtratur, qui peccata ſua nec videt, nec confitetur, & è cõtrario, nimia luce obruitur, qui ea tanta videt, vt de indulgentia deſperet. Horum neuter orat. Quid ergo? Temperanda eſt lux: vt peccata ſua videat peccator & confiteatur, ac pro ipſis oret vt remittãtur. Atq; in eãdem ſentẽtiam pulcherrimã ſimilitudinem affert Ambroſius. Si oculi noſtri, inquit, cũ aliqua obducũtur caligine, paſcuntur agrorum viriditate, quãtò magis hic mentis oculus, cùm illud ſummum intuetur bonum, & in eo verſatur ac paſcitur, ſplendeſcit atque enitet: vt fiat illud quod ſcribitur, Tanquam adipe & pinguedine repleatur anima mea?

Bern. in ſent.

Viuendum hic eſſe more pere-
grini, vt ex Chriſti morte
fructum ſentiamus.

67.

QVamuis pro toto (nec enim ſine crimine quiſqu-
eſt)
Sancta Dei ſoboles pertulit orbe necem:
Ius tamen eſt nullis, peregrinos præter, in illum,
Qui charo eſt Domini ſanguine partus, agrum,
Ergo in eo certum tibi ſi ius eſſe ſepulcri
Expetis, hîc ciuis viuere more caue.
At potius mœrens veluti peregrinus, & exul,
Al p atriam celeri qui pede tendit humum.

SCHOLIA.

Ser. 128. *de temp.* *Mat.* 27

Quamuis pro toto) Eleganter [e]xponit Auguſtinus hunc Euang[e]lij locum, vbi ex ea pecunia, [q]Chriſtus venditus eſt, Iudæ[i a]grum figuli in peregrinorum [ſe]pulturam emiſſe dicuntur. A[it] taque vir doctiſſimus: Ager fig[u]li, Chriſti ſanguine emptus [eſt] peregrinis qui erant ſine do[mo]

& patria: & iis, qui toto orbe exules iactabantur: requies Chriſti ſanguine prouidetur: quibus non eſt in mundo poſſeſſio, his in Chriſto fit ſepultura. Iſtos autem peregrinos, quos eſſe dicimus, niſi deuotiſſimos Chriſtianos, qui renunciantes ſeculo, & nihil poſſidentes in mundo, in Chriſti ſanguine requieſcunt. Chriſtianus enim, qui mundum non poſſidet, hic totum poſſidet Saluatorem. Ideo autem peregrinis Chriſti ſepultura promittitur, vt qui ſe à carnalibus vitiis tanquam peregrinum & alienum cuſtodierit, is Chriſti requiem mereatur. Sepultura enim Chriſti, quid eſt aliud, niſi requies Chriſtiani? Atque eodem modo abbas Drogo, Da mihi, inquit ad Deum, portionem in terra viuentium in *Libr. de Sacram. Domi. Paßio.*

ſepultura peregrinorum, in agro Aceldema, qui pretio magno ſanguinis Chriſti emptus eſt. In ſepulti ſunt patres noſtri, qui ſuper terram aduenæ fuerunt. Sed quid? dicet aliquis, An nō in hoc mundo peregrini omnes ſumus? Cur enim alioqui dicit Auguſtinus, vnuſquiſque hîc & in domo ſua hoſpes eſt. Si non eſt hoſpes, non inde tranſeat. Si tranſiturus eſt, hoſpes eſt. Non ſe fallat: velit nolit, hoſpes eſt. Huic quæſtioni reſpōdere facile eſt, nimirum vitam hanc verè peregrinationem eſſe, omnéſque in vniuerſum homines peregrinos & aduenas eſſe. Verùm in hoc diſcrimen ſitum eſſe, quòd quidam tales ſe agnoſcunt, vt qui in fluxis & fragilibus rebus amorem ſuum minimè figāt, ſed toto animo ad ęternam patriam aſpirent.

De verb. Dom. ſerm. 32.

contrà alij falſarum mundi voluptatum illecebris deliniti, inſtar ſociorum Vlyſſis, patriæ ſuæ obliuiſcantur, æternámque beatitudinem huiuſce vitæ gaudiis poſteriorem ducant.

Quòd quo rectius quiſpiã viuit, eò ſe omni bono indigniorem eſſe cenſeat.

68.

QVò magis à Chriſto mens conſcelerata recedit,
Hoc ſua damna minus perſpicit, atque gemit.
Quò propior Chriſto mens eſt, hoc crimina cernit
Ipſa magis, viſis ingemit atque magis.
Nam velut ardenti corpus cum febre laborat,
Quanam ſit cunctis debilitate liquet:
Sic Deus inuiſens animas & corda piorum,
Vel minima his vt ſint crimina nota, facit.

SCHOLIA.

Quò magis à Chriſto) Diuus Hieronymus in peccati pœnam hoc cõtingere ſcribit, vt quis bonum videat, quod facere debet, nec tamen facere queat: verùm ex lõge *In 3. cap. thren.*

grauiore pœna oriri, vt ne id qui-
dem videat quod facere tenetur.
Atque huc ſpectat quod ait Ori-
Hom. 8. in Num. genes: Quemadmodũ ij, qui ve
dæmone repleti, vel mente alie-
nati ſunt, non ſentiũt ſi vulnere-
tur: ita nos cupiditatibus ſecu
amẽtes facti, vel vitiis inebria
ſentire non poſſumus quãta vul
nera, quantas cõtritiones anim
Lib. 5. Mo. cap. 28. peccando conquirimus. Ac pro
inde, vt eſt apud Gregorium, ap
tiſſimè Iob impios velut à tinea
conſumi ait. Tinea quippe dam
num facit, & ſonitum non facit
ta iniquorum mentes, quia dam
na ſua cõſiderare negligunt, inte
gritatem, quaſi neſciẽtes, perd
Lib. 20. cap. 15. Atque in eandẽ ſententiã alio lo
co ad hũc modũ loquitur: Anim
prius volũtariis tenebris obſeſſa
poſtmodũ bonũ iã nec quod qu
rat agnoſcit. Quãto enim mag

malis adhęret, tanto minus intelligit bona quę perdit. Vnde etiã Bernardus nullã aliã cauſam affert, cur in turpiſſima quæque vitia proruam⁹, quàm internũ ſtuporẽ. Effuſus enim, inquit, anim⁹ damna interiora non ſentit, quia nec intus eſt: ſed in ventre forſitã, aut ſub ventre. Atqui periculoſa res eſt ac velut incurabilis quidem morbus, cùm homo peccati ſenſum amiſit. Qua quidem in re notandum eſt quod alio loco ait idem Bernardus, vbi de quatuor gradibus agens, per quos in diabolicam ſuperbiam aliquis deſcendit, primo loco ponit propriæ iniquitatis, infirmitatis, & inutilitatis diſſimulationem, quæ quidem in eo ſita eſt, vt quiſpiam ſibi parcens ac blandiens, exiſtimet ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit.

Lib. de Conuerſ. ad Cler. cap. 4.

Serm. 11. in pſal. Qui habitat.

Secundo autem, ignorantiam ſui.
Nam cùm in primo gradu inu-
lia ſibiipſi conſuerit perizomata
foliorum, quid ſupereſt, niſi v
vulnera tecta non videat?

Geneſ.18 *Hoc crimina cernit*) Eius rei exem-
plum in Abrahamo habemus,
qui ſimulátque Deum vidit, pul-
uerem ſe ac cinerem eſſe confeſ-
Exod.4. ſus eſt: In Moſe, qui in ſimili m
cõfeſtim ſe infãtem & elinguem
Eſa.6. eſſe agnouit: ac denique in Eſaia,
qui poſt eam viſionem, quæ di-
uinitùs ipſi contigit, pollutum
labiis ſe eſſe confiteri non dubi-
tauit. Ac ſanè quemadmodum
Solis radij etiam minimas quaſ-
que veſtiũ labes perſpicuas red-
dunt: eodem modo cùm ingens
ille Sol iuſtitiæ hominem luſtrat,
protinus ille vel leuiſſimas quaſ-
que noxas, quibus tinctus eſt,
agnoſcit. Ob eãque cauſam Au-

guſtinus hæc verba Iob expo- *In Annot. in Iob. cap. 16.*
nens, Ruina mihi fuit aſpectio
eius, Ita fecit, inquit, vt viderem
peccatum meum. Antè enim non
ſic ad ſenſum perductum fuit.
Eodemque modo D. Gregorius *Lib. 9. cap. 28.*
exponens hæc verba eiuſdem
Iob, Tamen ſordibus intinges
me, In tua munditia, inquit, video
quia mundus non ſum. Sed *Collat. 23 cap. 20.*
& Caſſianus in Collationibus
ſuis de hac re grauiſſimè verba
facit. Quanto magis, inquit, profecerit
mens humana, & ad ſincerioris
contemplationis peruenerit
puritatem, tãtò ſe immundiorem
quaſi per ſpeculum ſuę puritatis
perſpiciet: quia neceſſe eſt,
dum animus ad ſublimiorem ſe
extendit intuitũ, & maiora quàm
nouit proſpiciens concupiſcit,
illa in quibus eſt, vt inferiora
ſemper ac viliora, deſpiciat. Eo-

Collat. déque ſpectat quod alio loco a
14. cap. omnem cogitationem, nõ ſolũ
11. turpẽ, ſed etiã otioſam & à De
quantulumcunque diſcedentẽ
perfecto viro immundiſſimã fo
nicationẽ deputari. Verùm n
quã de hac re fuſius tractat, q
Collat. 23. in qua, poſteaquã m
ta leuia peccata enumerauit,
quę vel perfectiſſimi quiq; ſ
Cap. 7. prolabũtur, hęc verba ſubiung
Quę licet omnia nonnullis, q
ſunt craſſiorib⁹ vitiis inuolut
uia atq; à peccato penè aliena
deantur, ſcientibus tamen pe
ctionis bonũ, etiã minimarũ re
multitudo grauiſſima eſt. Velu
in aliquã magnã donũ multis
ſtrumentis, vaſculis, ſarcinis
peditã, vnũ integra viſus acie
ſpicacẽ, alterũ cui oculorum
men obtuderit lippitudo, par
ponamus ingreſſos, nonne c

ille, cui ad vidēda omnia hebes erit obtut⁹, nihil illic aliud eſſe æſtimet, niſi armaria, lectos, ſcāna, præſepia, quicquid non tam oculis ſpeculantis, quàm manibus palpantis occurrerit: è cōtrà hic, qui clariſſimo luminum vigore etiam occulta rimatus eſt, multa illic minutiſſima, & quæ vix poſſint etiam numero comprehēdi, ineſſe pronuntiet, quæ ſi aliquādo in vnum cumulū congregētur paucorū, quę ille palpauerat, magnitudinem numeroſitate compenſent, aut etiam fortaſſe tranſcendant? Ita igitur ſancti, atque (vt ita dicam) videntes, quibus ſummum perfectionis ſtudium etiam illa, quæ velut tenebroſus animi noſtri non intuetur aſpectus, in ſemetipſis ſagaciter deprehendunt, acerriméque condemnāt, vſque adeò

vt qui,ſicut noſtræ videtur incu-
riæ , ne tenuis quidem pecca
næuo candorem conſcientiæ fu-
ſcauerũt , multis ſibi maculis vi-
deantur aſpergi,ſi,non dicam va-
næ cogitationis improbitas i
atria mentis irrepſerit , ſed v
Pſalmi, qui dicendus eſt, reco
datio , orationis tempore inte
tionem ſupplicantis auerterit.

In Apol. ad Patr. *Nam velut ardenti)* Hac ſimili
dine vtitur Gregorius Nazianz
nus vt illud indicet,neminem
ta vitæ probitate præditum eſſe
qui non vitia multa in ſe agno
ſcat,cum à Deo luſtratur.

In nimium diuitiarum amorem.

69.

NIl præter lachrimas, veniens ad limina vitæ,
Affert,nil effert,cùm tumulatur,homo.
Quis pectus furor ergo tuum percellit auare,
Vt linquenda tibi ſic bona lætus ames?

Hæc fuge, quæ ſeruans, ab eis ſeruabere nunquam:
Serpentémque ſinu parce fouere tuo.
Perfidus hinc iamiam procul hinc pellatur amicus,
Qui fugiente fugit proſperitate ſuos.

SCHOLIA.

Nil præter lachrymas) Nulla res eſt quæ præpoſterũ opum amorem citius extinguat, quàm ſi nunquam nobis hæc Pauli verba ex animo excidant, Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quòd nec quicquam efferemus. Habentes igitur victum & quibus veſtiamur, his contenti ſimus. Vnde etiam Bernardus, Filij Adam, inquit, genus auarum & ambitioſum, audite. Quid vobis cum terrenis diuitiis & gloria temporali, quæ nec veræ nec veſtræ ſunt? Aurum & argentum nonne terra eſt rubra & alba: quam ſolus hominum error facit, aut magis reputat pretioſam. Denique ſi veſtra ſunt, hæc tolli-

1. Tim. 6

Serm. 4. de Aduen.

Pſal. 48.

te vobiſcum. Sed homo cum in-
terierit,non ſumet omnia,neque
deſcendet cum eo gloria eius. At-
que huiuſmodi conſideratione
tanquam amuleto quodam ad-
uerſus auaritiæ toxicum ſeſe p
munierunt, non ij tantùm, qui
bus fidei lumen affulſit, ſ
etiam plerique gentiles. Etenim
ipſe quoque Anacreon, quam-
bet alioqui obſcœnus poëta, e
dem rationẽ vſurpauit. Si enim
inquit, Pluto pecunia add
poſſet, vt vitæ dies hominib
prorogaret, omni ſtudio ac di
gentia opes congererem, vt cum
mihi moriendum eſſet, aliq
ipſe caperet atq; abiret. At cũ n
la ratione redimi vita queat, q
eſt quãobrem fruſtrà ingemi
Nam ſi diuinæ prouidentiæ d
creto moriendum eſt, quidna
commodi mihi diuitiæ afferu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sed quid prophanos commemo-ro,cùm id multo luculentiùs no-bis Chriſtus in diuitis illius pa-rabola oſtẽdat, qui nihil niſi de augendis horreis ac ſuauiſſimè degẽda diuturna vita cogitabat, cùm tamẽ ipſi mors immineret?

Quis furor ergo) Paulus auaritiã malorum omnium radicem eſſe ait,imò etiam idolorum cultum eam appellat: id que meritò. Nam vt præclarè ſcribit Philo Iudæus, quicquid homo præ-ter Deum magni ęſtimat,idolum eſt. Quo nimirum ſcelere ille conſtrictus erat, de quo iſtud ab Athenæo proditũ eſt,quòd amo-rem ſuum in opibus vſqueadeo defixerat, vt aurũ omne ſuum cũ tunica conſutum ſecum humari iuſſerit. Plutarchus autem aua-rorum vitam hominis mortui cœnæ confert, in qua tametſi

Lib.1.de monar.
Lib.4. dipnoſ.

copioſiſſimæ atque exquiſi-
ſſimæ epulę ſint, deeſt tamen
qui iis veſcatur. Talis nimirum
is erat de quo hoc literis man-
Lib. de Nabuthe. & Ieſr. dauit Ambroſius, quòd ſi quan-
do ei ouum appoſitum eſſet,
querebatur quod pullus eſſet
occiſus. Qui porro tanta tena-
tate atque crudelitate in ſe v-
tur, quonam pacto benignum
munificum ſeſe aliis præbe-
queat? Qui enim ſibi nequã
Eccl 4. cui alij bonus erit? Nec verò a-
re auari iis comparari ſolent, q-
intercute morbo vexantur, qu-
De oper. & eleem. que plus bibunt, hoc magis
tiunt. Quam quidem eorum m-
ſeriam Cyprianus his verbis d-
ſcribit: Obſederunt anim-
tuum ſterilitatis tenebræ, &
cedente inde lumine veritat-
carnale pectus alta & profun-
auaritię caligo cæcauit. Pecun-
tu-

tuæ captiuus & ſeruus es: catenis cupiditatis & vinculis alligatus es: & quē iam ſoluerat Chriſtus, denuo vinctus es. Seruas pecuniam, quæ te ſeruata non ſeruat: patrimonium cumulas, quod te pondere ſuo grauius onerat & cęt. Eodem etiam modo in eū inuehitur Baſilius, qui quamuis ampliſſimis opibus prędictus ſit, paupertatem tamen ſemper cauſatur, ne egentibus opem ferat. Pauperem te dicis, inquit, & verè pauper es, omni bono ac virtute vacuus, vacuus fide in Deū, vacuus humanitate ac miſericordia, vacuus ſpe. Hæc ille. Ac proinde Plato ei, qui diues eſſe cuperet, non augendas opes, ſed minuendam cupiditatem eſſe dicebat. Et Chryſoſtomus: Qui vitia extirpare atque euellere ſtudet, radicem amputet, hoc eſt,

In diſt Euang. deſtruā hortat.

De ne- depuſ.

cupiditatem. Sic videlicet in A-
ctis legimus quod ij qui ad Chri-
ſti fidem ſe conferebant, prædia
ſua vendebant, pretiúmque af-
ferebant, atque ad Apoſtolo-
Epiſt ad rum pedes abiiciebant. Quo ni-
Lucam. mirum, teſte Hieronymo, ſigni-
ficabatur auaritiam pedibus
proculcandam eſſe.

Virtutem amanti difficilem
non eſſe.

70.

VT leporem capiat, frigus venator & æſtum,
Et ventos, gelidas perpetitúrque niues
Augeat vt mercator opes, doctrináque creſcat
Vt puero, quid non ſentit vterque mali?
Quid, niſi amor, facit hæc animo perferre libenti,
Omnia qui cunctis reddere prona ſolet?
Ergo iuſſa Dei quiſquis nimis aſpera cenſes,
Accuſa frigus pectoris ipſe tui.

SCHOLIA.

De verb. *Vt leporem capiat)* Auguſtinus
Dom. ægrotantium, militum, mercato-
ſerm. 9. rum, venatorum ac ſcholaſtico-

rum exemplo perſpicuè oſtendit,
nullum eſſe tam grauem ac mo-
leſtum laborem, qui amore non-
leuetur In his omnibus, inquit,
qui hæc non amant eadem gra-
uia patiuntur. Qui verò amant,
eadem quidem, ſed nõ grauia vi-
dentur pati. Omnia enim ſæua &
immania prorſus facilia & prope
nulla efficit amor. Quanto ergo
certius & facilius ad veram bea-
titudinem cupiditas facit, quod
ad miſeriam, quãtum potuit, cu-
piditas fecit. Quàm facile ſuffer-
tur omnis aduerſitas tempora-
lis, vt æterna pœna vitetur, & æ-
terna requies acquiratur? Non
immeritò igitur vas electionis
cum ingenti lætitia ait, Tribula- *Rom.* 8.
tiones huiuſce temporis nõ ſunt
condignæ ad futuram gloriam,
quæ reuelabitur in nobis. Atque
inde eſt quod dicebat Dominus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mat. 11. Iugum meum ſuaue eſt, & onus
meum leue. Et quamuis porta
ſalutis anguſta ſit, quia pauci
eam eligunt, facilis tamen eſt om-
nibus qui amant. Hæc Auguſti-
nus. Qui etiam alio loco tum vi-
tia victa exiſtimanda eſſe ait, cum
Ier. 17 Dei amore vincuntur. Certè Ie-
remias Dei amore incenſus, ſa-
ctiſſimam vitã ſuam nullo mo-
laborioſam eſſe cenſebat, quam-
uis alioqui in magnis grauibuſq;
calamitatibus verſaretur. Nõ la-
boraui, inquiebat ad Deum, ſe-
Rom. 8. quens te, Et Paulus charitati
tantã eſſe vim ait, vt eam nec tri-
bulatio, nec perſecutio vlla, p
Chriſtiano extorquere poſſ
Quocirca huiuſmodi amori
ptiſſimè tribui poteſt id qu
Maxim. prophanus quidam Author d
Tyran. omni in vniuerſum amore di-
cebat: Huic neque fera, neq

ignis, neque pręcipitium, neque enſis, neque laqueus grauia videntur. Huic ardua quæque facilia ſunt.

De bonis, quę piis hominibus in futura vita reconduntur.

71.

Cum tuus & prauis ſol luceat, atque in eorum
Optime Chriſte tuus decidat imber agros:
Quot bona ſiderea iuſtis ſeruentur in arce,
Quænam vox hominis commemorare queat?
O quater atque quater fœlix, qui dæmone victo
Tot fruitur ſupero lætus in axe bonis!
Quàm locus hic fœlix, Deus eſt vbi nectaris inſtar,
Et bibat vſque licet, mens tamen vſque ſitit.

SCHOLIA.

Cum tuus & prauis) Conſiderate fratres, inquit Auguſtinus, quæ dat Deus peccatoribus, & intelligite quid ſeruet & ſeruis ſuis. Peccatoribus blaſphemantibus eum quotidie dat cœlum & terram, dat fontes, fructus, ſalutem, filios, copias, libertatem. Hæc

Tract. in Pſal. 85.

omnia bona non dat niſi Deus
Qui talia peccatoribus dat, qu
eum putas ſeruare fidelib
ſuis? Hocne de illo ſentiend
eſt, quia qui talia malis dat, ni
ſeruat bonis? Imò verò ſeruat
terrã, ſed cœlum. Vilius aliqu
dico, cùm dico cœlum: ſed ſe
ſum, qui fecit cœlum.

Pſal. 102 *Et bibat vſque licet)* Auguſtin
hęc Pſalmiſtæ verba expone
Qui replet in bonis deſideriũ tu
Modo, inquit, nõ ſatior. Ad quo
cunque me conuertero, vile
mihi adeptũ, quamuis accende
deſideratũ. At in æternæ vitæ b
nis longè alio modo ſe res hab
Nam, vt ait Gregorius, explica
1 Pet. 1. illud Petri, In quem deſider
angeli proſpicere, deſiderant ſ
labore, quia deſideriũ ſatietas c
mitatur: & ſatiantur ſine faſtidi
quia ipſa ſatietas ex deſider

ſemper accenditur.

Piorum in calamitatibus conſolatio.

72.

IRæ progenies iram non ſentit acerbam:
Ridet at in grauibus perfida turba malis.
In lachrimis contrà ſunt ſemper corda piorum:
Creſceréque vt virtus, ſic dolor ipſe ſolet.
At quid ait mœſtæ Chriſti vox blanda columbæ,
Quæ cupit, amiſſo coniuge morte, necem?
Chara cohors animo ne concide. ſumma voluptas
Excipiet luctus tempus in omne tuos.

SCHOLIA.

Iræ progenies) Soli filij Iræ, inquit Bernardus in Epiſtolis, iram non ſentiunt, nec triſtantur triſtibus, ſed lætantur & exultant in rebus peſſimis. Contrà plena eſt Scriptura piorum ſuſpiriis & gemitibus, qui dum ſe in hac vita peregrinos & exules ſentiunt in perpetuis lachrimis verſantur, nihílque magis in votis habent, quàm hinc excedere, *Epi. 256.*

ac Chriſto ſponſo ſuo frui.

Ser. 59. in Cant.

At quid ait mœſtæ) Bernardus illud Cãticorum exponens. Vox turturis audita eſt in terra noſtra, Turturis vox, inquit, non dulce admodum ſonat, ſed ſignat dulcia. Et vox quidem gementi, quàm canenti ſimilior, peregrinationis noſtrę nos admonet. Et paulo pòſt: Vbi regni cœlorum promiſſio facta eſt, tunc intellexerunt homines ſe nõ habere hic ciuitatẽ manẽtẽ, ſed futurã inquirere tota auiditate cœperunt: & tũc primùm manifeſtè ſonuit in terra vox turturis. Nam dũ ſancta quæque anima iam Chriſti præſentiam ſuſpiraret, regni dilationem moleſtè ferret, deſideratam patriam gemitibus & ſuſpiriis è longè ſalutaret, nõne tibi videtur vice fungi gemebundæ ac caſtiſſimę turturis, quæcunque anima

in terris ita feciſſet? Ac rurſũ aliquanto inferius: Videas, inquit, eam vbique ſingularem, vbique gementem audias, nec vnquã in viridi ramo conſidentem proſpicies: vt tu ab ea diſcas voluptatũ virentia velut virulẽta vitare.

In rebus caducis conſolationem minimè quærendam eſſe.

73.

Tædia quem mundi teneant, reperire quietem
Si velit, in ſolo numine quærat eam.
Vera quies cœlo fixa eſt, ac fallitur, illi
Sedibus in noſtris qui putat eſſe locum.
Qui mundi curas mundi medicamine curat,
Hunc album æthiopem reddere velle reor.
Namque nouas ſordes trahit hic, qui tædia mentis
Vt pellat, mundi gaudia vana cupit.

SCHOLIA.

Tædia quem mundi) Ambroſius inter multa optima præcepta, quę dat virginibus, hoc etiam illis porrigit, nempe vt antequam ſe ſomno dent, terrenas om- *Lib. 3. de Virg.*

nes cogitationes à ſe abigant
quò liberius precibus ac ſanctis
meditationibꝰ operā dare queāt.
Denique etiam, inquit, ille qui
philoſophiæ ipſius nomen inue-
nit, quotidie, priuſquam cubitū
iret, tibicinem iubebat mollio-
canere, vt anxia curis ſęcularib
corda mulceret. Sed ille, ſicut
qui laterem lauat, ſęcularia ſęcu-
laribus cupiebat abolere. Magis
enim ſe oblinebat luto, qui re-
medium à voluptate quærebat.
His nimirum verbis oſtendit vir
grauiſſimus nullam veram quie-
tem ex falſis vitæ voluptatibus
ab homine percipi poſſe. Id quod
etiam optimis quibuſque viris
vſu venit, qui ſæpe in iis rebus
grauius vexari ſe ſentiunt, à qui-
Lib. 23. bus ſolatium ſibi pollicebantur.
Moral. tur. Quemadmodum à Diuo
in Iob. Gregorio annotatum eſt. Exp-

nens enim hæc Pſalmiſtæ verba, Verſaſti lectum eius in infirmitate eius, Hoc eſt, inquit, omne quod hîc ſibi parauit ad requiē, ei mutaſti occulto iudicio ad perturbationem. Quodquidem pio Dei conſilio agi ait, vt ne pro vera noſtra patria viam ac peregrinationem amemus.

Námque nouas ſordes) Qui cùm huius mundi curarum ac ſolicitudinum amplexu perturbationibus animi dominari nititur, inquit Marcus Eremita, huic ſimilis eſt, qui ingentem rogum palea extinguere conatur. Et Auguſtinus epiſt. quadam, in terrenis conſolationibus plus deſolationis, quàm cōſolationis inueniri ait. Ac rurſus exponēs illud Iob cap. 24. Cū infirmari cœperit non ſperet ſanitatem, Tales enim,

Lib. de leg. ſpirit. verſ. 110.

Epi. 121.

In Annot. in Iob.

inquit, impi⁹ conſolationes quęrit in rebus aduerſis, quibus infirmior fiat. Ac rurſum alio loco: Quocunque cor ſe conuerterit in terrenis rebus, amaritudinem inuenit. Vnde dulceſcat non habet, niſi ſe leuet ad Deum. Atque hîc in mentem mihi ſubit, quod ſcribit Oroſius ad depellendam peſtilentiam olim Romanos pontifices ſuaſiſſe, vt ludi ſcenici diis expetentibus ederentur. Ita, inquit, pro depellenda temporali peſte, corporũ accerſitus eſt perpetuus morbus animarum.

Tract. in pſal. 85.

Lib. 3. cap. 4.

De pugna ea, quæ eſt inter ſpiritum & carnem.

74.

CVm trahit infirmus plauſtrum bos iunctus obeſo,
Rumpitur, aut varia cogitur ire via.
Quàm miſer eſt animi nexus carniſque rebellis!
Ille leuis, grauis hæc, atque ſubinde ruens.
Vt Zephirus, ſic me mea mens ad littora ducit:

At caro me remoræ perfida more tenet.
Quonam ergo hoc monſtrum cenſeri nomine debet?
Centaurus dici, tragelaphúſque poteſt.

Scholia.

Cùm trahit infirmus) Piorum nullus eſt, qui non moleſtiſſimã hãc pugnam in ſeipſo experiatur, ac ſæpenumero deploret. Paul⁹ certè triſtes ob eam cauſam pleriſque locis querelas edit. Atq; hoc argumentum ex profeſſo tractauit Gregorius Palamas Theſſalonicẽſis Archiepiſcop⁹ in priore ſua Oratione, vbi animã inducit corpus accuſantẽ, tanquã omnium ſuarũ calamitatũ fontem.

At caro me remoræ) Remoram eleganter Greg. Nazianzenus in poëticis opuſculis carnẽ appellat, quòd vt remora nauium curſum reprimit, ita ea etiam animã ad vitam æternã omni ſtudio ac diligentia tendentem, pro virib⁹ *In præcep. ad virg.*

remorari atque inhibere ſoleat.

Centaurus dici) Centaurum Poetæ fingunt ex duabus perquàm contrariis naturis conflatum eſſe. Superiores enim partes homi-
Libr. 4. nis habere, inferiores equi. Quod
Stroma. quidem Clementem Alexãdrinũ impulit, vt hominem ita appellarit, quia ex anima ratione prædita, & corpore rationis experte conſtet. Eodémque modo Tragelaphus, vt nomen ipſum indicat, animal eſt, ex hirco & ceruo con-
Iob. 39. flatum, cuius & apud Iob (iuxta ſeptuaginta interpretum verſio-
Deut. 14 nem) & in Deuteronomio mentio. Itaque Auguſtinus hoc animal, qua parte ceruus eſt, mentẽ ſignificare ait, legi Dei ſecũdũ interiorẽ hominẽ ſeruientem: qua autẽ parte hircus eſt, videt alteram legẽ repugnantẽ legi mentis ſuæ & captiuãtẽ eũ legi peccati. Id au-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

të eò dicit vir eruditiſſimus, quia ceruus mira ac ſingulari pedum leuitate præditus eſt, hircus autem ad libidinem pronus eſt, ingratíq; odoris. At verò impij Seueriani vt refert Epih. hęr. 45. hominem partim Dei eſſe, partim diaboli, contendebant: Dei nimirum ab vmbilico ſurſum, diaboli autem ab inferioribus partibus.

Calamitates nobis à Deo vtilitatis noſtræ cauſa immitti.

75.

Cum nimiùm paribus cernit colludere natum,
Quinam vti genitor callidus arte ſolet?
Protinus horribilem ſeruos aſſumere laruam,
Verbáque terroris fundere plena iubet.
Sic ſibi præferri Chriſtus cùm gaudia mundi
Perſpicit, horrendis vtitur ipſe minis.
Non vibrare ſui cupiat quòd tela furoris:
Verùm ad eum vt redeat mens tremefacta metu.

SCHOLIA. *Hom. 10 de diuer.*

Cum nimiùm paribus) Huiuſce

Carminis argumentum à Chry-
ſoſtomo mutuat⁹ ſum, qui ho-
milia quadam his verbis vtitur:
Mãſuetiores filiorum parentes,
cùm paruulos ſuos viderint à le-
quidem diſcedere, æquæuorum
autem ſuorum luſibus detineri,
præcipiũt famulis terribilia mu-
ta ſimulare, vt exagitati metu par-
uuli ad maternum ſinum feſtinã-
confugere. Ita & Deus nó modò
ab aliis nos ſinit tribulari, ſed nó
nunquam etiam ipſe plagam mi-
natur: nó vt eam in nos inducat,
ſed vt nos ad ſe potius adducat.
Homil. 33. ad Hebr. Atque idem alio loco eandem fe-
rè cauſam affert, cur Deus op-
omnes noſtras nobis eripiat, ad
hunc modum loquens, Pater op-
timus & integer, cùm filium vi-
derit amore meretricis alicuius
deperire, ſi admonitiones eius
audire neglexerit, illam meretri-
cem

cem de medio auferens, in exilia longinqua detrudit. Talis eſt etiã abundantia pecuniarum. Curam igitur de nobis gerens verus pater & optimus dominus, volens nos ab hac lęſione liberare, aufert nobis pecunias, quarum amore mens noſtra corrumpitur.

Non vibrare ſui) Hoc eſt quod ſcribit Ambroſius, exponens hęc Dei verba, Ponam arcum meum in nubibus cœli. Ideo dicit, Arcũ meũ ponã in nube, non ſagittam. Arcus enim inſtrumentũ iaculãdæ ſagittæ eſt. Itaque non ipſe arcus vulnerat ſed ſagitta. Et ideo Dominus in nnbibus arcũ magis quã ſagittã ponit, id eſt, non illud quod vulneret, ſed quod habeat terroris indicium, vulneris effectũm habere non ſoleat. Atque eodem modo Auguſtinus, vt oſtẽdat comminationes eas, quas,

Lib. de Noë & Arc. cap. 72.

Serm. 109. de temp.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vt nos ad ſalutis ſtudium impel-
lat, Deus adhibere conſueuit, his
verbis vtitur: Propterea ſe iudi
venturum minatur, vt non inue-
niat quos puniat cũ venerit. Pro-
pterea illud cãtant Prophetæ, vt
corrigamur. Si dãnare vellet, ta-
ceret: Nemo volens ferire, dic
obſerua. Totum fratres quod a
diuimꝰ, per Scripturas, vox eſt t
dicẽtis, Obſerua. Et totum quo
patimur tribulationis in hac v
ta, flagellũ Dei eſt, corrigere vol
tis, ne dãnet in fine. Omnia iſt
quæ nobis infligũtur à Domin
admonitiones ſunt, ſtimuli co
reptionis noſtrę. Ac de hac re p
cherrimum caput eſt in Piſid
Lib. 1. Coſmurgia, vbi Deũ malo ſag
cap. 24. tatori cõfert, qui aliò collineat
lio ſagittã mittit. Eodem en
modo Deũ indignationis qu
ſuæ arcũ cõtendere, atq; ad f
riendũ peccatorẽ ſeſe cõparar

haudquaquam tamẽeũ ferire, verùm id dũtaxat agere, vt eũ timore afficiat, atq; ad melioris vitæ ſtudium excitet.

De mundanorum gaudio. 76.

QVi ſonus eſt medio ſpinæ flagrantis in igne,
Hic ſonus in ſtulti proſperitate viri eſt.
Quòd ſi noſſe cupis quæ ſit ſors fauſta malorum,
Vindicis eſt pœnæ neſcia vita nocens.
Ludere, bacchari, grauidis incumbere menſis,
Ridere, & carni ſemper amica ſequi:
Nullas interea febres, nec ferre labores,
Lætitia eſt hominis ſórſque beata mali.

SCHOLIA.

Qui ſonus eſt) Salomon in Eccleſiaſte ſuo de impiorũ lætitia verba faciens, ſicut, inquit, ignis ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti. Quã quidẽ ſimilitudinẽ Ferus elegãter ad hunc modũ exponit. Riſus ſignificat totã vitam ſtultorum, quę ipſos delectat: ſed eſt tantum externa larua lætitiæ, non verũ gaudiũ. Pulchrè autem *Eccle. 7. & Ibi Ferus.*

ſtultos ſpinis comparat. Sunte-
nim omnino intractabiles, & ad
nihil aliud vtiles, quàm ad ignẽ;
Ioan. 15. iuxta illud, Omnem palmitem
non ferentem fructum tollet eũ,
&c. Pulchrè etiam vitam & ri-
ſum ſtulti comparat ardentibus
ſpinis. Ignis enim in ſpinis ſubi-
tus eſt, & valde crepat: ſed euani-
dus eſt. Plus eſt ibi flammæ, quàm
ignis. Minatur horrendum incẽ-
dium: ſed mox vbi ceſſat flamma
& ſonitus, ibi etiam ignis eſt ex-
tinctus. Ignis ergo ſpinarum ſiue
veprium, nõ calefacit, non pene-
trat: & tamen habet maiorẽ ſpe-
ciem, quàm ignis prunarum, qui
non habet multum flammæ, ſed
tamen maximũ ardorẽ. Sic lætitia
ſtultorũ ſpeciem habet quaſi ſit
perpetuò duratura, & putatur i-
bi tantum virium eſſe, quantum
flammarum; ſed nihil minus. At

momentum enim lætantur: mox veniunt aduerſitates & franguntur, & omnia iacent in deſperatione. Vidi impios exaltatos ſicut cedros Libani: tranſiui & ecce non erant. Præterea impij non aliter niſi inſano more lætantur, ſine timore Domini: nullúſque neque modus, neque finis eſt illorũ iactantiæ, vt illorum ſtrepitꝰ, ab omnibus audiatur. Verùm exiguo tempore durat. Exultabãt Philiſtæi capto Samſone, itemque arca Dei capta: ſed breui tẽpore. Exultabant filij Beniamin fugatis decem tribubus, ſed ad breue tempus. Poſtea enim omnes occiſi ſunt. Ingentia moliebatur Iulianꝰ, ſed nubecula erat, & citò tranſibat. Quòd autem ad eam mundanæ lætitiæ definitionem attinet, quam poſteà afferO, hanc mihi ſuppeditauit Auguſti-

Pſal. 36.

Iudic. 16

1. Reg. 4

De ver. Dom. Serm. 37

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nus, ſermone quodam his verbis vtens. Quid eſt hoc ſeculum, & quod eſt gaudiũ ſeculi? Seculi lætitia eſt impunita nequitia. Luxurientur homines, fornicentur, in ſpectaculis nugentur, ebrioſitate ingurgitentur, turpitudine fœdētur, nihil mali patiantur: videtis ſeculi gaudium. Iſta mala, quæ cōmemoraui, nō caſtiget fames, non belli timor, nó aliquis metus, non aliquis morbus, nó vlla aduerſitas, ſed ſint omnia in rerū abundantia, in pace carnis, in ſecuritate malæ mentis: Ecce vide ſeculi gaudium.

Socordia noſtra fieri, vt in grauia peccata prolabamur.

77.

EXtemplo non tecta ruunt, ſed decidit imber
Paulatim, ac tecti culmina ſumma cauat.
Sic tectum primò vitiatur, tignáque poſthac:
Denique ſic ſequitur tota ruina domus.

Sic quoque nemo ruit confeſtim in crimina magna,
Verùm animæ curam ſubmouet antè ſuæ.
Tum tenuem noxam grauis excipit, atque ita plures.
Sic ſenſim ad ſcelerum labitur ima miſer.

SCHOLIA.

Extemplo non tecta) Caſſianus, vt eſt in libro Allegoriarum Biblicarũ, exponens illud Eccleſiaſtis, *Eccle. 10* In pigritiis humiliabitur contignatio ad hũc modum loquitur: Lapſus quiſpiã, nequaquã ſubitanea ruina corruiſſe credendus eſt: ſed aut prauæ inſtitutionis deceptus exordio, aut per lõgam mentis incuriam paulatim virtute animi decidẽte, & per hoc ſenſim vitiis increſcentibus caſu miſerabili cõcidiſſe. Ante contritionem enim pręcedit iniuria, & an- *Prou. 16.* te ruinã mala cogitatio: quemadmodũ domus nequaquã ſubitaneo ad ruinam procumbit impulſu, niſi aut aliquo vitio fũdamenti, aut longa inhabitantium

deſidia ſtillicidiis primùm par-
uiſſimis penetrantibus corrupta
ſenſim fuerint munimẽta tecto-
rum, quibus per vetuſtam negli-
gẽtiam in maiorem modum pa-
tefactis, atq; collapſis, paulatim
poſthac influat pluuiarum tem-
peſtas. In pigritia enim humilia-
bitur contignatio, & in ſegniti[e]
manuum ſtillabit domus. Quod
animæ ſpiritualiter euenire idem
Salomõ aliis verbis ita deſignat,
dicens: Stillicidia eiicient homi-
nem in die hiemali de domo ſua.
Eleganter ergo mentis incuriam
domui comparauit, tectóque ne-
glecto, per quam primùm quidẽ
velut munitiſſima quædam pe-
netrãt ad animam ſtillicidia paſ-
ſionum, quæ ſi velut parua & le-
uia negligantur, corrumpunt ti-
gna virtutum, & poſthæc influũt
imbre largiſſimo vitiorum, per

quæ in die hiemali, id eſt in tempore tentationis, ingruente impugnatione diaboli, expellitur mens de habitatione virtutum.

Mundi deſideria amputanda eſſe, vt ad Deum mens noſtra efferatur.

78.

CVm nequit, in latum quia ſeſe porrigit, arbor
Creſcere, tum frondes falce putare decet.
Vt fluuius retrò properet, vi ſiſtere curſum
Eſt opus: ac verſis ille recurret aquis.
Ergo diu hæſiſti quicunque in gurgite fœdo
Criminis, & flamma iam meliore cales:
Scinde ſuperuacuum laſciuæ carnis amorem:
Ac citò ſublata ſidera mente petes.

SCHOLIA.

Cùm nequit) Si à carne, inquit Gregorius, hoc quod libet, abſcindimus, mox in ſpiritu quod delectet inuenimus. Ac paulo poſt: Intentioni quippe animæ ſi exterior euagatio clauditur, interior ſeceſſus aperitur. Nam quò *Lib. 3 cap. 18.*

extra ſe ſpargi propter diſciplinã mens non poteſt, eò ſuper ſe tendere per profectũ poteſt, quia & in altum creſcere arbor cogitur, quę per ramos diffundi prohibetur. Et cũ riuos fontis obſtruim⁹, fluenta ſurgere ad ſuperiora prouocamus. Eodéque modo Gregorius Naz. hac ſimilitudine vtitur: Quemadmodũ aqua plũbeis tubis incluſa atque cõpreſſa in altũ exilire cogitur: ita animus humanus ab exterioribus occupationibus per ſeueriorẽ quãdam diſciplinam reductus atque in ſe collectus, facilè poſtea ad Deum aſſurgit, atque ad cœleſtia aſpirat. Sicque etiã Baſili⁹: Humana mẽs externè minimè diſperſa, nec per ſenſus in mundum diffuſa, ad ſe confeſtim redit, atque à ſe poſtea ad Deum euadit. Vnde Auguſtinus docẽs quemadmodum

Orat. in dict. Euang.

Epiſt. 1.

Tract. in Pſal. 34.

ſe quiſque gerere debeat, cũ per ſummam iniuriam & contumeliam ab impiis diuexatur, nullum præſentius in ea re adhiberi remedium poſſe ait, quã ſi ſeipſum in ſe colligat. Nullum maius, inquit, nullum melius negotium eſt in tribulatione, quàm recedere ab eo ſtrepitu qui foris eſt, & ire in interiora mentis ſecretaria: ibi Deum inuocare, vbi nemo videt gementem & ſubuenientem: illius cubiculi aduerſus omnem extrinſecus illatam moleſtiam oſtium claudere, humiliare ſeipſum in cõfeſſione peccati, magnificare & laudare Deum, & corripientem, & conſulentẽ. Huc itẽ facit quod Gregorius hæc verba Iob exponẽs, Verboſi amici mei, ad Deum ſtillat oculus meus, Cùm & ipſi, inquit, derogant, qui in fide ſociãtur, ad Deum ne-

Lib.13. Mor.ca. 14.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ceſſe eſt vt oculus ſtillet, quatenus noſtra intentio, tota in amoris intimi cōpunctione defluat; & tanto ſubtilius ſe ad interiora erigat, quanto per exteriora opprobria repulſa intus redire cogitur, ne foris euaneſcat. Id nimirum feciſſe Baſilium ex ipſius ad Patrophilum epiſtola conſtat, in qua ait Deum hac de cauſa voluiſſe vt variis calumniis exagitaretur, vt in poſterum vigilantiore animo eſſet, nec ad homines reſpiceret, ſed vitam omnem ſuam ad Euangelij præcepta, in quæ nulla mutatio cadit, exige-
Epiſto. 306. ret. Atque ad eundem modum Bernardus, cùm in Eugenij papæ eiuſque purpuratorum offenſionem incidiſſet, tantum ab eo abfuit, vt hoc nomine aduerſus Deum murmuraret, vt etiam his verbis vteretur: Benedictus De⁹,

qui & hoc, quod dederat, & de quo mihi fortè immoderatius blandiebar, ſolatium ante exitum tulit, veſtram ſcilicet & Domini mei Eugenij gratiam: vt vel proprio experimento diſcam nō ponere ſpem meam in homine.

Charitatis perfectionem in hoc ſitam eſſe, vt iudicij diem deſideremus.

79.

DVm vir abeſt, vxor quænam ſit adultera, quænam
Sit proba, perſpicuis noſcitur indiciis.
Caſta etenim plena eſt lachrimis abſente marito:
Illius at longas optat iniqua moras.
Sic pia mens ſuperi reditum ſitit vſque mariti:
Ac deſiderio nocte diéque gemit.
At, quoniam thalami ſanctiſsima iura reſoluit,
Eius mens reditum perfidioſa timet.

SCHOLIA.

Dum vir abeſt) Argumentum huius Octaſtichi ad verbum ferè ex Auguſtino tranſcriptum eſt,

qui in enarratione Pſalmi 117,
apertiſſimè oſtendit vitioſæ ani-
mæ, atque improbæ conſcientiæ
eſſe, præpoſtero quodã ac ſeruili
extremi iudicij metu affici. Id
quod etiam alio loco rurſus am-
pliſſima oratione proſequitur,
vbi illud Ioannis exponit, In hoc
eſt perfecta charitas in nobis, vt
fiduciã habeamus in die iudicij.
Illic enim poſteaquã de iis verba
fecit, qui iudicij diẽ pertimeſcunt,
hæc verba ſubiungit: Surgẽtibus
cœleſtibus mẽbris, cœpit deſide-
rare quod timebat. Timebat e-
nim ne veniret Chriſtus, & inue-
niret impiũ, quẽ dãnaret: deſide-
rat vt veniat, quia inuenturus eſt
quem coronet. Iam cum cœperit
deſiderare venientẽ Chriſtũ caſta
anima, quæ deſiderat complexus
ſpóſi, renũciat adultero, fit virgo
interi⁹ ipſa fide, ſpe, & charitate

Tract. 9. in epiſt. 1 Ioan.

Habet iam fiduciã in die iudicij: non cõtra ſe pugnat, quãdo orat, & dicit, Adueniat regnũ tuũ. Qui enim timet ne veniat regnũ Dei, timet ne exaudiatur. Et quomodo orat, qui timet ne exaudiatur? Qui autẽ orat cũ fiducia, charitas in eo optat vt regnũ Dei veniat.

Fieri non poſſe, vt quiſquã ſimul & Deo, & diabolo ſeruiat.

80.

Qui ſimul & Beliæ cupit inſeruire, Deóque,
Et ſequitur quæ mens, quæ caro mollis amat,
Ille operam ludit. nec enim Deus illa moratur
Obſequia, ad geminos quæ referuntur heros.
Qui duplices dominos amplecti nititur vnà:
Ille videre duo nititur ora ſimul
Ille vna è manibus blandè mulcétque fouétque:
Atque vna rurſus verberat ora manu.

SCHOLIA.

Qui ſimul & Beliæ) Gregorius Naz. in carmine de Virginitate amphibiis animantibus eos ele-

ganter comparat, qui ſimul & Deo & mundo ſeruire inſtituit. Atque etiam paulò pòſt his verbis vtitur.

Namque duplex veluti cernens caput oráque bina,
Aut etiam geminas ſpectans in codice chartas
Non totam verè poterit comprendere formam,
Id licet obnixè ſtudeat: ſed parte retenta,
Effugiet ſparſum & tenuem pars altera viſum:
Sic Chriſto & mundo quiſquis partitur amorem,
Huius amor planè leuis eſt & frigidus: at qui
Totam animi flammam penitus defixit in vno,
Ille proculdubio conſtans & certus amator.
Quinetiam latomi ſolertes, quique fabrilem
In lignis artem exercent, cum linea recta
Quæritur, exactáque opera captatur amuſſis,
Ex oculis vnum claudunt, & lumine toto
In ſoucum fuſo, viſus aciéque coacta,
Recta ſequente tenent duro veſtigia ferro.
Sic collectus amor, propius coniungit amantum
Pectora caſta Deo: cupientem qui cupit, atque
Terrentem cernit, fitque obuius aduenienti.

Atque etiam ſequēti carmine de eadem re verba faciens huiuſmodi ſimilitudinibus vtitur.

Nec, velut in lepidæ curuo ſolet orbe choreæ,
Hũc dextra, hũc læua teneas, quantũq; propinqua,
Tantum etiam à Chriſto ſis omnipotente remota,
Et ſimul addiſcas animum carníque Deóque:
Æquora nec celeri ſulcans inſida carina,
Non nimiùm tumidas aquilone agitante procellas,
Committe vt curſum ratis anchora iacta retardet,
Aut illam tellure trahas, via ſitque per vndas
Lenta tibi æquoreæ ſimilis, ſimiliſque pedeſtri.

Perpetuam impiorum in hac vita proſperitatem reprob tionis argumentum eſſe.

81.

OMnia cùm medicus fruſtrà tentauit in ægro
Pluſque valere ſua perſpicit arte malum:
Omnes ægroto tum denique laxat habenas,
Ac ſinit arbitrio viuat vt ipſe ſuo.
Sic ſceleri infixum Deus addictumque relinquit
Infrenem, atque ſuo viuere more ſinit.
Non igitur ſeſe tum cenſeat ille beatum.
Noxa etenim pœnas gignit multa graues.

SCHOLIA.

Omnia cùm medicus, D. Gregorius

Lib. 21. cap. 4. in Moralib⁹ ſuis ait, reprobis bona ea, quę expetũt, eodẽ modo dari, quo iis, quorũ deplorata ſalus eſt, quicquid lubet, concedi ſolet.

De verb. Dom. ſerm. 37. *Noxa etenim.*) Magnæ miſericordię eſt, inquit Auguſtinus, nequitiæ impunitatem nõ relinquere. Vis noſſe nulla pœna quãta pœna ſit? Pſalmum interroga: *Psal. 9.* Irritauit dominũ peccator. Quare obſecro? quid vidiſti? Vidit peccatorẽ impunè luxuriantẽ, malefacientem, bonis abundãtem: & exclamauit, Irritauit Dominũ peccator. Quare hoc dixiſti? Quid enim vidiſti? Præ magnitudine iræ ſuæ non requirit. Ideo non exquirit, quia multũ iraſcitur. Eodẽ modo Diuus quoq; Hieronymus in epiſt. ad Craſtucium: Magna ira eſt, quãdo peccãtibus non iraſcitur De⁹. Vnde & in Ezechiele ad *Ezec. 16* Hieruſalẽ, Iã, inquit, nõ iraſcar a-

bi. Atque etiã in alia epiſtola exponés hęc verba Prophetę, In tribus & quatuor impietatib⁹ nóne auertã faciẽ meã ab eo? Auerſioné faciei, inquit, pro magna pœna accepit, cùm peccator volũtati ſuę relinquitur. Atq; huc etiã facit quod ſcribit Auguſt. Nihil infelici⁹ eſt felicitate peccantiũ, per quã pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, tanquã hoſtis interior, roboratur. Ac rurſum Apocalypſim enarrans, Tunc, inquit, maiori plaga percutiuntur impij, quãdo ſe ſuis iniquitatib⁹ colẽtes, iuſto Dei iudicio malũ agere permittũtur, vt inter Dei filios flagellari non mereantur, ſed impleatur in eis illud quod ſcriptum eſt, In labore hominum non ſunt. Et Gregorius in Ezechielem ſcribens: Quia omnipotentem Deum plebs Iſraelita

Epiſt. in Sabin.

Epiſt. 5.

Hom. 16

Hom. 12. In Ezech.

deſeruit, reuerti nolens, libellum repudij accepit. Deſeruit videlicet peccando: ſed libellum repudij accepit, in ſuis iniquitatibus ſine flagello remanendo. Libellũ repudij accepit, vt iã velut aliena derelicta, faciat mala quę vult, zeli Dei flagella non ſentiet: quatenus ad æterna ſupplicia profundiùs deſcendat. Et paulò poſt: Neceſſe eſt vt peccatores quoque tunc conſideremus amplius miſeros, quando eos cognoſcimus in culpa ſua ſine flagello derelictos. Hinc enim per Salomonē dicitur, Auerſio paruulorum interficiet eos, & proſperitas ſtultorum perdet illos.

Prou. 1.

Piorum ſpem plus eis lætitiæ afferre, quàm in omni vita ſentiant.

82.

SVdores licet is varios, quicunque Tonantis
Legibus obſequitur, duráque multa ferat:
Sudori ſpes læta tamen præponderat omni,
Certa comes vitæ, quæ ſolet eſſe pia.
Sic minor eſt longè dolor hic quem fœmina ſentit,
Nixibus in mediis, ſit licet ille grauis:
Intima demulcens quàm blandè cerda voluptas
Ob natum, in lucem quem dabit ipſa breui.

SCHOLIA.

Sudores licet) Auguſtinus admonens nos vt iuxta Pauli conſiliũ ſpe gaudeamus, patientiámque in tribulationibus adhibeamus, his verbis vtitur: Nec tamen in huius deſiderij parturtione ſine gaudio triſtes ſimus, ſed, ſicut ait Apoſtolus Spe, gaudentes, in tribulatione patientes: quia & ipſa parturiens, cui comparati ſumus, plus gaudet de mox futura prole, quàm triſtis eſt de pręſenti labore. Hęc autem ſimilitudo veri Chriſtiani, & mulieris parturiẽtis, ex hoc Scripturę loco ſumpta eſt, Mulier cùm parit, triſti-

Tracta. 101. in Ioan.
Rom 12.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiam habet, cùm autem peperit, iam non meminit preſſuræ propter filium.

Mundi voluptates dolore concludi.

83.

Nil moror hanc, ſupera quæ virgo parte videtur,
Inferiora tamen corporis anguis habet.
Nil moror hunc, triſti qui tempore linquit amicum
Fœlici aſſiduus cui comes ante fuit.
Nil moror has epulas, quæ cùm arriſere palato,
Poſt ſtomacho damnum perniciémque ferunt.
Denique non mundi vaniſſima gaudia, quorum
Eſſe ſolet finis peſtifer ipſe moror.

SCHOLIA.

Prou.5. *Nil moror hanc*) Quod de impudica muliere ſcribit Sapiens, nimirum ipſius conſuetudinem primùm iucundam ac ſuauem eſſe, verùm ad extremum abſinthio amariorem inueniri, hoc ad omnes mundi voluptates, quæque in Deo minimè ſitæ ſunt, non ineptè referri poteſt. Vnde Ariſto-

teles, vt eſt apud Laërtium, dicere ſolebat, voluptates, non venientes, ſed abeuntes, hoc eſt earum non initium, ſed finem, inſpici debere. Siquidem cùm veniunt, animos noſtros falſa ſuauitatis ſpecie demulcent: at cum abeunt, acerbum pœnitentiæ aculeum in animis noſtris infixũ relinquunt. Vnde eſt illud Auguſtini: Delectatio occidit, & periit: vulnerauit, & tranſiit: miſerum fecit, & abiit: infœlicem reddidit, & reliquit. Ac rurſum in Confeſſionibus ſuis: Quocunque ſe cõuertat anima, in doloribus figitur, præterquam in Deo. *Lib. 4. cap. 10.*

Diaboli poteſtatem à Chriſto fractam eſſe. 84.

CVm canis eſt mordax, hunc tu compeſce catena.
Irritus illius tum furor omnis erit.
Tum fruſtrà ſeſe huc vertet, ſe vertet & illuc:

Dum tibi ſemper ab hoc cura ſit eſſe procul.
Sic Satanam Chriſtus tam dura compede vinxit,
Iam nullum vt ſæuo lædere dente queat:
Id modò dum quiſquam caueat, ne ſtultus ad illum
Tendat, & æternæ ſit ſibi cauſa necis.

SCHOLIA.

Cùm canis eſt mordax) Huius Carminis ſentẽtia ab Auguſtino ſumpta eſt, qui Sermone quodam his verbis vtitur. Ante aduentum Chriſti, ſolutꝰ erat diabolꝰ. Chriſtus veniens de eo fecit quod in Euangelio dicitur, Nemo poteſt intrare in domum fortis, & rapere vaſa eius, niſi prius alligauerit fortẽ. Venit ergo Chriſtus, & alligauit diabolũ. Sed dicit aliquis, Si alligatus eſt, quare adhuc tantum præualet? Verum eſt, fratres chariſſimi, quia multum præualet: ſed tepidis, & negligentibus & Deum in veritate non timentibus dominatur.

Ser. 197. de temp.

Mat. 12.

Alligatus eſt tanquam innexus canis catenis, & neminem poteſt mordere, niſi eum qui ſe illi mortifera ſecuritate coniunxerit. Iam videte, fratres, quã ſtultus eſt homo ille, quẽ canis in catena poſit' mordet. Tu te illi per voluptates, & cupiditates ſęculi noli coniungere: & ille ad te nõ pręſumet accedere. Latrare poteſt, ſolicitare poteſt: mordere omnino non poteſt, niſi volentẽ. Nõ enim cogendo, ſed ſuadẽdo nocet: nec extorquet à nobis conſenſum, ſed petit. Ac rurſus hæc Ioannis verba exponens, Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, ad hunc modum loquitur: Quid ergo? Iam neminem fidelium tentat? Imò verò tentare non ceſſat. Sed aliud eſt intrinſecus regnare, aliud forinſecus oppugnare. Nam & munitiſſimam ciuitatem ali-

Auguſti. tract. 52. in Ioan.

quando hoſtis oppugnat, nec expugnat. Ac rurſũ alio loco: Qualeſcũque poteſt diabolus ad malũ inuitare, nõ poteſt trahere. Delectationẽ infert, nõ poteſtatem. Conſiliũ ingerit, non cõflictum.

Filiali timore Deo ſeruiendũ eſſe.

85.

CLamores lupus horreſcens hominúmque canúmque,
Cogitur in celerem ſe dare ſæpe fugam.
At licet innocuo, non dentem infigat ouili:
Vt venit ipſe tamen, ſic abit inde lupus.
Huic ſimilis planè eſt, metuens qui tartara ſolùm,
Crimina, non recti ductus amore, fugit.
Iunctum etenim querulo cum murmure, cumq́; timore
Obſequium magno diſplicet vſque Deo.

SCHOLIA.

Clamores lupus) Duplex timoris genus eſt, vnum ſeruile, alterum filiale. Timor filialis in Scriptura magnopere commendatur: ac tum demum locum habet, cùm anima non pœnæ metu, ſed peccati odio, ac ſincro Dei amore,

ab iis omnibus abhorret, quibus ipſe offenditur. Contrà ſeruilis ille eſt, qui cũ charitate nihil cõmune habet, nec aliud quicquã animæ proponit, quàm æternæ pœnæ terrorẽ, eãque omni prorſus illa libertate priuat, quæ germanorum Dei filiorũ indiuidua comes eſſe ſolet. Atque huc ſpectat, quod in ſuo Paſtorali Gregorius ait: Si adhuc à praua actione formidata pœna prohibet profectò formidãtis animũ nulla prorſus libertas tenet. Nã ſi pœnam non metueret, culpam proculdubio perpetraret. Ignorat itaque mens gratiam libertatis, quã ligat ſeruitus timoris. Bona enim pro ſeipſis amanda ſunt, & nõ pœnis cõpellentibus exequẽda. Nã qui propterea bonũ facit, quia tormentorum mala metuit, vult non eſſe quod metuat, vt

Tertia part. admon. 14.

audacter illicita committat. Vnde luce clarius conſtat, quod coram Deo innocentia amittitur, ante cuius oculos deſiderio peccatur. Auguſtinus etiam in Pſalmos ſcribens idem ait, atque à lupo ſimilitudinem his verbis ducit. Bonus ille eſt, qui, & quando poteſt mala facere, non facit. De quo ſcriptum eſt, Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus: & facere mala, & non fecit. Quis eſt hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Loquebatur Scriptura de potentibus innocentibus. Et lupus enim tantum vult nocere, quantum leo. Diſſimiliter nocent: ſed non diſſimiliter cupiunt. Leo enim non ſolùm contemnit canem latrantem, ſed etiam fugat, & venit ad ouile, & obmuteſcentibus canibus rapit quod poteſt. Lupus

Tract. in Pſal. 93.

Eccle. 31

non audet inter latratus canum.
Nunquid propterea, quia non
potuit auferre, canibus territus,
innocentior remeauit? Docet er-
go Deus innocētiam: & quiſquis
innocēs ſit non timore pœnæ ſed
amore iuſtitiæ. Tūc enim liber eſt
innocēs & verꝰ innocēs eſt. Qui
autē timore innocēs eſt, nō eſt in-
nocens, quamuis nō noceat cùm
vult nocere. Non enim nocet al-
teri per effectum malum, ſed ſibi
plurimùm per cupiditatem ma-
lam. Nam quomodo ſibi noceat,
audi Scripturam: Qui autē amat *Pſal. 10.*
iniquitatem, odit animam ſuam. *De ver.*
Quin idem etiam alio loco in *Apoſto.*
eandem ſententiam ita loquitur: *Serm. 15.*
Qui timore pœnæ non concupi-
ſcit, puto quia concupiſcit. Ter-
rore ingenti armorum, atque te-
lorum, & circundantis forſitan
multitudinis, vel obuiam euntis,

etiam Leo reuocatur à prędà: & tamen Leo venit, leo redit. Prędā non rapuit: non malitiam poſuit. Quid malum eſt pœnam timere? Quis enim non timet? quis latro? quis ſceleratus? quis nefarius? Quod autem de leone ait, idem de lupo quoque poſtea dicit.

Exigendam eſſe vitam noſtram ad Dei legem, non ad aliorum normam.

86.

QVid iuuat ægrotum, ferro dum membra ſecantur,
Cernere quem morbi vis mage dira premat?
Quid iuuat immerſum vitiis, & crimine fœdum,
Cernere noxa quibus ſit numeroſa magis?
Æthiopes inter ſic fuſcus ſe putat album:
Sic balbo in mutis manat ab ore lepos.
Sic inter nanos ſe iudicat ille gigantem,
Qui magnos inter nanus habendus erit.

SCHOLIA.

Car.1. *Quid iuuat ægrotum*) Gregorius Nazianz. hac ſimilitudine oſtendit eos miſero conſolationis ge-

nere ſeſe fouere, qui, cùm parum rectè atque integrè viuant, alios quoſdam, qui flagitioſius viuant, ſibi ante oculos ponunt. Eius verba hæc ſunt, vt quidem ipſe vertere potui.

Nec verò, illa meam recreant ſolatia mentem,
Verbáque decipiunt, quæ turpes ſubdola motus,
Auxilium vitiíſque ferunt, prauúmque fauorem.
Grandia nec cernens aliorum crimina lætor,
Excelſa tanquam ipſe ſedens virtutis in arce.
Quid iuuat ægrotum, ferro dum membra ſecantur,
Cernere quos grauius cruciet vis aſpera ferri?
Quid iuuat obſtrictum vitiis ſceleratior alter?

Atque in eandem ſententiã Origenes quoque ad hũc modum loquitur: Beatus eſt, qui ex cõparatione meliorũ iuſtus eſt, & non ex cõparatione peſſimorũ, ſicut Sodoma, quę ex cõparatione Ieruſalẽ iuſtificata memoratur. Vnde & ego vereor, ne ex nobis, qui videmur eſſe in Eccleſia Dei, & legi eius operã dare, ac pręceptis Euangelicis deſeruire, inueniãtur

Lib. 3. comm. in epiſt. ad Rom.

Ezech. 16.

aliqui infidelium iuſtificandi. Ac rurſum aliquanto pòſt: Operam demus, vt ſicut fide pręcedimus gentes, ita actibus & operibus præcellamus: ne mala noſtra fiant aliorum bona, & illorum temperantia noſtram redarguat intemperantiam.

Quid iuuat immerſum) Aliorum vita noſtræ vitæ norma eſſe minimè debet, verùm lex Dei, ac ſancta ipſius præcepta: ad quæ quiſquis ſeſe exigere & expendere in animum induxerit, non erit quamobrem in virtutibus ſuis animos attollat: vt qui, quálibet magnos in virtute progreſſus fecerit, tamen niſi amore proprio planè cæcatus ſit, multis ſe vitiis infectum eſſe confiteri cogatur. Quæ quidem protinus agnoſcit, vt ad lucem acceſſerit, atque actiones ſuas ad diuinam legem expen-

expenderit, quemadmodum prę-clarè oſtendit Gregorius in libro Moralium. Qua etiam in re ſi-militudinẽ à ligno ducit, quod quidem, inquit, rectum creditur, ſi ad regulam non ducatur: ſed cùm regulæ iungitur, per quandam tortitudinem tumeſcit, inuenitur: quia nimirum rectitudo accedens increpat, quod oculus deceptus approbat. Hæc ille. Atque eodem modo Gregorius Naziázenus in Carminibus ſuis idem argumentum vrget, perſpicuéque oſtendit, ſtulti hominis eſſe, ob quendam in virtute pro-greſſum gloriari, ac præ iis, qui in vitiorum cœno volutantur, magnificè de ſe ſentire. Quem quidem locũ, quoniam imprimis elegans eſt, non pigebit in medium proferre. Ad hunc igitur ferè modum ita loquitur.

Lib. 5. ca. 26.

In Prec. ad verg.

Néve tuam exiguo librans examine vitam,
Si quem criminibus fœdum, aut errore vagantem,
Prætereas, ideo eſſe putes virtutis in arce
Non etenim ſummæ eſt prauos præcellere laudis.
Sit tibi lex diuina modus, ſit rector Olympi,
Qui, quamuis alios curſu præcedere poſſis,
Te tamen immenſe exuperat, retróque relinquit.
Nec, cùm non impar numerus virtutis honore
Te ſuperet, quàm qui laudis tibi porrigit herbam,
Sic animos tollas, quaſi non ſit par tibi quiſquam.
Te ſupra excelſi latiſſima regia cœli:
Tu verò inter humi fuſos, pronóſque iacentes,
Altiùs aſſurgens, quid laude efferris inani?
Vt ſol in nitidis Phœbéque, & ſidera, lymphis,
Piſcibus irradiant, quanquam non illa, ſed vmbras,
Vanáque proſpiciunt veri ſimulacra remoti,
Lætantúrque vmbris, & imagine lucis inani.
(Non etenim ex falſis emerſi fluctibus vnquam
Lucida cærulei ſpectarunt ſidera cœli.
Nanque aliàs illis eſſet dignoſcere promptum
Quodnam ſit verum lumen, quæ ludicra lucis.)
Haud aliter quidam, quia magni culmina regis
Nunquam luſtrarunt oculis, nec imagine mentis,
Si paulum aſſurgant, faſtigia laudis habere
Summa putant.

Serm. 96. de temp. Eodémque modo Auguſt. in Sermone quodam his verbis vtitur: Attendis quid alius non faciat,

non quid te iubeat facere Deus.
Metiris te de comparatione pe-
ioris, non de iuſſione melioris.
Non quia ille non facit, ideo tu
magnum aliquid facis: ſed quia
gaudetur ad quædã minima ope-
ra veſtra: quia tanta eſt ſterilitas
veſtra, vt ad modica gaudeatur.
Quaſi ſecuri vobis blãdimini de
minimis eleemoſynarũ granis: &
aceruos obliuiſcimini peccato-
rum. Protuliſti fortè neſcio quid
paruũ, quod alius, aut nõ habuit,
aut nõ protulit, cũ haberet. Noli
attendere poſt te quis non faciat,
ſed quid te iubeat Deꝰ facere. De-
niq; Gregorius in eundẽ ſenſum
ſic loquitur: Qui diſtrictionẽ Iu- *Lib. 22. Mor. ca. 6.*
dicis attẽdunt, plus de malis ſuis
metuũt, quàm de imperfectis iu-
ſticiis ſuis exultant: plus inſpiciũt
quod de iis, quę adhuc agenda
ſũt: debitores tenẽtur, quã quod

operantes quandam iam debiti partem ſoluunt. Neque enim abſolutus eſt debitor, qui multa reddit, ſed qui omnia: nec ad brauium victoriæ peruenit, qui in magna parte ſpectaculi velociter currit, ſed iuxta metas veniens, in hoc, quod eſt reliquum, deficit.

Flagitioſam vitam plus moleſtiæ, quàm voluptatis habere.

87.

CVi dicam hos ſimiles, quibus eſt damnoſa voluptas
Charior, æternæ quam bona cuncta domus?
An phreneſi captis? an ei qui patre relicto
Optabat ſiliquis pellere poſſe famem?
An Iacobæa potius de ſtirpe creatis,
Queis dabat æthereâ Chriſtus ab arce cibum?
His tamen (ô miſeros homines, ô pectora læua!)
Hac dape porrus erat, cepa nocénſque prior?

SCHOLIA.

Lib. 20. *Cui dicam hos ſimiles)* Huius car-
Moral. minis ſententiam à D. Gregorio
cap. 16. mutuatus ſum, qui in Moralium

libro exponens id quod de Iſraëlitis Exod.16. ſcriptũ eſt, his verbis vtitur: Quid ſignatur in manna, niſi eſca gratiæ, ſuaue ſapiens, ad refectionem interioris vitæ benè vacantibus deſuper data? Quid per ollas carnium, niſi carnalia opera, in tribulationum laboribus, quaſi ignibus, excoquẽda: Quid per pepones, niſi terrenæ dulcedines? Quid per porros, ac cepas exprimitur, quæ plerũque qui comedunt, lachrimas emittunt, niſi difficultas vitę pręſentis, quæ à dilectoribus ſuis, & non ſine luctu agitur, & tamen cum lachrimis amatur? Manna igitur deſerẽtes, cum peponibus ac carnibus porros cepáſque quæſierunt: quia videlicet peruerſæ mentes dulcia per gratiam quietis dona deſpiciunt, & pro carnalibus voluptatibus labo-

tioſa huius vitæ itinera, etiam la-
chrimis plena, concupiſcunt: Cō-
temnunt habere vbi ſpiritualiter
gaudeant: deſideranter appetunt
Cap. 15. vbi & carnaliter gemant. Ob
eamque cauſam idē Auctor pau-
lò antè illud Iob aptiſſimè in eos
torquet, Inebriauit me abſin-
thio. Ebri⁹ quiſque, inquit, quod
patitur neſcit: qui vero abſin-
thio inebriatur, & hoc quod ſi-
pſit amarum eſt, & tamen nō in-
telligit eandē amaritudinem, qua
repletur. Humanū igitur genus,
recto Dei iudicio in voluptati-
bus ſuis ſibi dimiſſum, atque per
eaſdem voluptates ſpontaneis
voluptatibus traditū, abſinthio
eſt ebrium: quia & amara ſunt
quæ pro huius vitæ amore to-
lerat, & tamen eandem amari-
tudinem cæcitate cupiditatis,
quaſi inſēſibilitate ſenſus, igno-

rat. Mundi enim gloriam ſitiens,
dum multas tribulationes pro
eo reperit, amarum eſt quod bi-
bit: ſed quia hoc nimis inhianter
ſumpſit, eiuſdem amaritudinis
malũ diſcernere iam præ ipſa e-
brietate non ſufficit. Vide etiam *Iob. 30.*
fuſè locum illum, vbi hęc ver-
ba Iob, Sub ſpinis & ſentibus
delicias eſſe computabant, ad
eiuſmodi homines accõmodat.
Ac præterea Chryſoſtomum ho-
mil. 12. in epiſt. ad Rom. vbi per-
ſpicuè demõſtrat, quãtũ in mala
& flagitioſa vita calamitatis inſit.

Queis dabat) Hoc eſt quod ad *Hiere.*
Deũ Hieremias aiebat, Nõ labo- *54.*
raui ſequens te. Et quidem quis
Chriſtum ſequens fatigari poſ-
ſet, cùm ipſe dicat. Venite ad *Mat. 11.*
me omnes qui laboratis, & o-
nerati eſtis, & ego reficiam vos?
Quocirca ſi ipſiꝰ veſtigiis hęrea-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mus, nullo vnquam labore deprimemur. Ipſe enim ſequentibus ſe vires affert: ac, quò propiùs ad eum accedimus, hoc fortiores & rubuſtiores reddimur. Sicque Auguſtin⁹ de interna ac ſpirituali lætitia, quam pij ſentiunt, verba faciens, ita loquitur: An verò habent corporis ſenſus voluptates ſuas, & animus deſeritur à voluptatibus ſuis? Si animus non habet voluptates ſuas, vnde dicitur, Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos? Da amantem, & ſentit quod dico: da deſiderátem, da feruentem, da in iſta ſolitudine peregrinantem, atque ſitientē, & fontem æternæ patrię ſuſpirátem. Da talem, & ſcit quid dicam. Si autem frigido loquor, neſcit

Tract. 26. in Ioann.

Pſal. 35.

quid loquar. Atque idcirco idem Author amatores mundi his verbis acerrimè inſectatur. Leuia Deus iubet, vt in æternum viuamus, & obedire negligimus. Accuſant nos amatores vitæ temporalis, quam, nec cùm volunt, nec quandiu volunt, habent: & nos inuicem non accuſamus, tam pigri, tam tepidi ad capeſſendam vitam æternam, quam ſi voluerimus habebimus, cùm habuerimus non amittemus. Vide etiam de hac re fuſiùs ſerm. 22. de verbis Apoſt. Atque eodem modo Bernardus illud Pſalmiſtæ exponens, O diſti omnes obſeruantes vanitates ſuperuacuè, Superuacuè, inquit, iniqua facit, qui nō modo vtilius & ſalutarius, ſed etiam iucundius & dulcius Deo ſeruire poterat.

Tract. 49. in Ioann.

Super his verb. Ecce nos relig. omn.

In quo vera ſcientia ſita ſit.

88.

Pythagoras olim quid ſenſerit, aut quid acutus
Chryſippus, vel quid priſcus Anaxagoras:
Scire etiam quid Protagoras, Zenóque Platóque,
Tradiderint, & quid magnus Ariſtoteles:
Scire etiam quotnam fuerint Bacchíque, Iouéſque,
Inſcitum ſcire hoc, et ſine fruge, voco.
Longè alia eſt multò & melior doctrina piorum.
Nam lachrimas imo pectore gignit eis.

SCHOLIA.

Epi.54. *Pythagoras olim)* Auguſ. in ea epiſt. quã ad Macedoniũ ſcribit, poſteaquã humilitatis virtutẽ ampliſſimis laudibus extulit, his verbis vtitur: Humilitati ſaluberrimę, quã Dñs noſter Ieſus Chriſtus vt doceret humiliatus eſt, huic, inquã, maximè aduerſatur quędã, vt ita dicã, imperitiſſima ſcientia, dũ nos ſcire gaudemus, quid Anaximenes, quid Anaxagoras, quid Pythagoras, quid Democritus ſenſerit, vt docti eruditiq; videamur: cùm hoc à vera eruditio-

ne lõgè abſit. Ac rurſum alio lo- *In ſpec.*
co de his verba faciens qui pro- *peccat.*
phanorũ authorũ libris ita per- *cap.6.*
ditè addicti ſunt, vt præ iis Scri-
pturã ſacrã nihili ducant, Erube-
ſcat, inquit, ſuperbus & infelix
peccator, ſciẽtia inflatus, cui plus
placet ars Ariſtotelis, quàm ſciẽ-
tia de Apoſtolis, plus codex Pla-
tonis, quàm liber diuinus: Quem
nulla ſcientia ædificat, nullus ſer-
mo ſapit, niſi fuerit grãmaticè cõ-
ceptus, & Dialecticè imaginatus,
rethoricè purpuratus. Sultus es,
qui hæc ignoras, & erras, quoniã
qui talia agunt, & in talibus dies
ſuos conſumunt, peccatũ ſibi ge-
nerãt, & mortem parant: quia ex
ſimili ſtudio ſimilem concipiunt
ſcientiã, hoc eſt folia colligunt, &
nõ fructus, ſcilicet verba, & non
virtutes. Verba enim in ventum
proferũt, & aërẽ verbis verberãt:

verboſitatem ſonant, iactantiam
Pſalm. 106. oſtentant. De quibus per Pſalmiſtā dicitur, Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapiētia eorum deuorata eſt. Eodem etiam modo Hieronymus eum,
Lib. 3. com. ad Epheſ. qui meditatione tantùm legis inſtructus, vitam ſuam negligit, ne-
Pſalm. 118. que audet dicere, A mādatis tuis intellexi, propterea ad omnia mā-
1. Cor. 13 Marc. 9. data tua dirigebar, eum inquam, quaſi æramentum ſonās, & tympanum tinniens, & infatuatum ſal, in ſtercore conculcandum eſſe ait. Quin & Cyprianus in libello de 12. abuſ. ſęcul. in primo gradu hoc ponit, ſi ſine bonis operibus ſapiens & prædicator fuerit, qui, quod ſermone docet, actibus explere negligit. Atque
Lib. de leg. Spirit. item Marcus Eremita eum, qui cōtempta vitæ probitate doctrinæ ſoli animum adiicit, ancipitis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gladij loco nihil aliud quàm arũ-
dineam virgam tenere ait, quæ *4. Reg. 18.*
belli tempore ipſius manũ per- *Orat. de*
foratura ſit. Cui nõ multum diſſi- *Baſil.*
mile eſt illud Gregorij Nazianze-
ni, qui huiuſmodi homines lu-
ſcis comparat. Verùm Caſſianus *Caſſ. lib.*
longiùs adhuc progreditur, dum *14. cap.*
eos, qui imaginem quandã ſcien- *16.*
tiæ videntur acquirere, vel qui,
cùm ſacrorum voluminum le-
ctioni ac memoriæ Scripturarũ
diligenter inſiſtant, carnalia ta-
men vitia non derelinquunt, il-
lud Prouerbiorum torquet, Sicut *Prou. 11.*
inauris aurea in naribus ſuis, ita
mulieris malæ moratæ ſpecies.
Quid enim, inquit, prodeſt quẽ-
piam ornamentum eloquiorum,
cœleſtium, & illam pretioſiſſimã
Scripturarum ſpeciem conſequi,
ſi eã, lutulentis operibus, vel ſen-
ſibus, inhærendo, quaſi immun-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diſſimam terram ſubigendo, cõfringat, aut cænoſis libidinum ſuarum polluat volutabris?

Lib.23. Mor. cap. 7. Lib.4. Dial. cap. 47.

Longè alia eſt) Vera ſcientia, inquit Gregorius, afficit, non extollit: nec ſuperbientes quos repleuerit, ſed lamentantes facit. Atq; etiam alio loco de quodam Antonio monacho verba faciens: Cũ ſtudioſiſſimè, & magno feruoris deſiderio, ſacra eloquia meditaretur, non in eis verba ſcientiæ, ſed fletum compunctionis inquirebat.

Nullum niſi poſt diſceſſum è vita verum gaudium eſſe.

IN puero riſum fletus præcedit acerbus.
Nam vitæ à lachrimis inchoat ille dies.
Cumque etiã, vt quidã referunt, primum edere riſum
Incipit, in ſomno cernitur eſſe graui.
Quid notat hoc, primùm quod ridens ille ſopore
Corripitur? Nos hinc diſcere bina decet.
Nempe quod & mundi vana eſt ac falſa voluptas:
Atque aditus verè non niſi morte patet.

SCHOLIA.

In puero riſum) Cardanus lib. de rer. variet. cũ de hominis natura agit, eũ non niſi poſt aliquot ab ortu dies ridere tradit: primúmque eũ riſum, quem edit, non niſi inſomnis exiſtere. Qua quidẽ re nobis id demũ ſignificari ait, nullũ niſi cõfecto huiuſce vitę curriculo verũ ac certũ gaudiũ eſſe. Id quod ab eo minimè abludit, quod ait Pſalmiſta, Cũ dederit dilectis ſuis ſomnũ, ecce hęreditas Domini. *Pſal.126*

Verum diuitiarũ fructum in miſericordia erga pauperes ſitum eſſe.

90.

TVm furit horribilis pardus, tigríſque, leóque,
Cùm cauea incluſos arcta repente tenet
Sic etiam nunquam furit aurum immaniùs, arca
Quam cùm illud Dominus claudere parcus amat.
Quid facies igitur, ne te fera vulneret iſta,
Quæ, quo plus clauſa eſt, plus feritatis habet?
Solue feram, paſcens quos aſpera vexat egeſtas.
Protinus hac mitis redditur arte fera.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SCHOLIA.

Hom. 35. in 1. epiſt. ad Cor.

Tum furit) D. Ioannes Chryſoſtomus, vt præpoſterum diuitiarum amorem ex animis noſtris euellat, eas aggreſtibus ac truculentis belluis ſimiles eſſe dicit: verùm in hoc diſcrimen ſitum eſſe, quòd ſi quis belluas producat, in obuios ruunt, diuitiæ autem, ſi includas ac ſerues, poſſeſſorem inuadunt ac perdunt. Cæterùm hac ratione huiuſmodi belluam cicurari, ſi non includatur, ſed hominum egentium manibus diſtribuatur. Idem etiam alio loco de opibus verba faciens, poſtquam ingratas, fugitiuas, homicidas, crudeles & implacabiles, beſtias incicurabiles, Præcipitium vndiquaque præruptum, ſcopulum aſſiduis plenum fluctibus, mare innumeris ventis agitatum appellauit, his verbis vtitur:

Hom. cũ Sarton & Aurel.

tur: Quonã pacto hæc beſtia cicurabitur? Si didicerimꝰ quo modo fiat ſæua, more leonum, more pardorum, more vrſorum, qui dum includũtur, coërcentúrque in tenebris, erigunt animos, acuúntque iras. Itidem & diuitiæ, dum includuntur, & defodiũtur, acriùs rugiũt, quàm leones, perturbántque omnia. Quòd ſi eas è tenebris eduxeris, & in egenorũ ventres diſſimines, ex feris beſtiis fiunt oues, ex inſidioſis dulces, ex ſcopulo portus, ex naufragio trãquillitas.

Piæ vitæ laborem ignauis duntaxat aſperum eſſe.

91.

VRitur, atque graui ſolet exclamare dolore,
Qui timidam calido ponit in igne manum.
Contrà qui magno pedibus terit impete flammam,
Hanc necat, & damni ſentit ab igne nihil.

Sic capit ignauo rigidos qui corde dolores,
Frangitur, & ferri poſſe moleſta negat.
At qui magnanima complectitur aſpera mente,
Aſperitatis ei nil labor vllus habet.

SCHOLIA.

Dion. in Dog. *Vritur atque graui)* Si quis, inquit Dion Chryſoſtomus, labores cõtemptim ſuſcipiat, promptóque animo ad eos accedat, haud magnã aduerſus eum vim habituri ſunt. At ſi pedem referat, ab iiſq; ſe remoueat, maiores omnino ac vehementiores videbuntur. Hoc porro etiam in igne contingere videmus. Etenim ſi magno cum impetu in eum aſcenderis, protinus extingues: ſi autem timidè atque ignauè, vehementer te ipſum exures. Atque etiam idē alio *Orat. de Regn.* loco laborem pręter multas alias vtilitates hanc quoq; afferre ait, quòd ad ſuſcipiendos nouos labores magis ac magis hominem corroboret: cõtrà quàm in volu-

ptate ſe res habere ſoleat. Ac proinde meritò de labore idẽ dici poteſt, quod de infelicitate ſcribit Seneca, nempe hoc ſaltẽ boni in ipſa ineſſe, quòd eos, quos ſępe vexat, tandem obduret.

De perfectæ vitæ excellentia.

97.

Iure queat vates dici, qui corporis illa
Quæ fugiunt noſtri lumina, ſola videt.
Pneumate qui tantùm graditur, non carne, leuiſque
Poſtera qui linquens, anteriora petit.
At carnem, mundúmque, cruci qui figit, & omnes
Delicias odit, mortis & inſtar habet:
Hunc ego non vatem dicam, non ipſe prophetam
Martyr enim dici iure vir ille poteſt.

SCHOLIA.

Iure queat vates) Bernardus, vt iis, qui ſanctiſſimæ, atque omnibus pietatis chriſtianæ numeris abſolutiſſimæ vitæ iter tenent, acriores ſtimulos addat, ipſi⁹ dignitatem ac præſtantiam oſtendit, eóſque, qui ita viuunt, prophetarum *Serm. 2. de exhor. ad fratr.*

nomine dignos eſſe ait. Magnum ſanè inquit, prophetandi genus, cui vos deditos eſſe, conſpicio: magnum prophetiæ ſtudium, cui vos video mancipatos.

2. Cor. 4

Quid illud? Nẽpe, iuxta Apoſtolum, non conſiderare quę videntur, ſed quæ non videntur, ſine dubio prophetare eſt. Ambulare in ſpiritu, ex fide viuere, quæ ſurſum ſunt quærere, non quę ſuper terram, obliuiſci quæ retrò ſunt, & extendi in anteriora, magna ex parte prophetare eſt. Alioquin quonã modo, niſi per ſpiritũ prophetiæ, conuerſatio veſtra in cœlis eſt? Atque etiam alio loco huiuſmodi vitam alterũ quendã baptiſmum eſſe ait, quoniam in eo quòd membra quæ ſũt ſuper terram mortificantur, Chriſtus induitur. Sed & Cyprianus, lõgius adhuc progrediẽs, eiuſmodi ho-

De præcept. & diſpenſ.

Epiſt. ad Moyſ. et Maxim.

minibus,in carne adhuc licet po-
ſitis,vitam viui,non præſentis ſę-
culi,ſed futuri ait.

Hunc ego non vatem) Apud Deum *De dupl.*
inquit Cyprianus, quicũque car- *Martyr.*
nem cum concupiſcẽtiis crucifi-
xerũt,quicunque verè cũ Chriſto
mortui ſunt,& cõſepulti ei in ba-
ptiſmo,ita vt non iam ſibi viuãt,
ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt,
martyres ſunt. Nec ab eo diſſẽtit *Colla.18.*
Caſſian⁹,quemadmodũ liquet ex *cap.7.*
Collatione quadam, in qua ſub
perſona ſenis cuiuſdã eremitę his
verbis vtitur: Monachos patien-
tia ea atque diſtrictio, qua tã de-
uotè in hac,quam ſemel arripue-
runt, profeſſione perdurant, vt
nunquam ſuas expleant volũta-
tes,crucifixos huic mundo quo- *Serm.1.*
tidie, viuóſque martyres facit. *in feſt.*
Quin beatus quoq; Bernardus *omn.ſan-*
hæc Scripturæ verba exponens, *ctor.*

Beatus vir qui poſt aurum non
abiit, ad hunc modum loquitur:
Quid mirabilius, aut quod mar-
tyrium grauius eſt, quàm inter
epulas eſurire, inter veſtes mul-
tas & pretioſas algere, pauperta-
te premi inter diuitias, quas of-
fert mundus, quas oſtentat mali-
gnꝰ, quas deſiderat noſter iſte ap-
petitus? An nõ meritò coronabi-
tur, qui ſic certauerit, mundũ ab-
iiciens promittentem, irridens
inimicum tentantẽ, &, quod glo-
rioſius eſt, de ſemetipſo trium-
phans, & crucifigens concupi-
ſcentiam prurientem? Atque e- *Sermo. 30. in Cant.*
tiam alio loco exponẽs hæc ver-
ba, Qui amat animã ſuã perdet eã,
inquit, ſiue ponẽdo vt martyr, ſi-
ue affligendo vt pœnitens. Quo-
niam genus martyrij eſt, ſpiritu
facta carnis mortificare, illo ni-
mirũ, quo mẽbra cęduntur ferro,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

horrore quidem mitius, ſed diuturnitate moleſtius.

Curandum eſſe vt preces noſtræ ab animo puro proficiſcantur.

93.

Cum pectꝰ gratū eſt, tū ſunt quoque munera grata,
Viſus Abel primùm eſt, poſtea dona, Deo.
O quàm falluntur, ſua qui iucunda Tonanti
Vota putant, cùm ſint pectore nata malo!
Non ſatis eſt ſerti careant quòd puluere flores:
Pura legentis enim debet & eſſe manus.
Sic quoque non ſatis eſt quòd ſint tua vota precéſque,
Ni quoque mens pariter ſit ſine labe tua.

SCHOLIA.

Cum pectus gratum) Chriſtus apud Eſaiam impiorum preces & ſacrificia aſpernatur: & in Pſalmis eum inſectatur, qui, cùm turpiter & flagitioſè viuat, ipſius tamen iuſtitias annunciare non veretur. Atque huc facit quod eſt apud Hieronymum. Exponens enim illud Amos, Aufer

Eſaiæ 1.
Pſal. 49.
Hieron. in 5. Amos.

à me tumultum carminũ, Rectè, inquit, cantica Leuitarum, quibus laudabãt Dominum, tumultum vocat, ſonitũque cõfuſum, quia non eſt pulchra laus in ore peccatoris.

Ezec. 15. *Non ſatis eſt)* Quemadmodum in coronis, inquit Chryſoſtomus, non ſat eſt flores eſſe puros, niſi pura ſit & manus eas contexens: ſic & in ſacris hymnis oportet non verba tantùm eſſe pia, verũ etiam animum hymnos concinentem. Ac rurſum aliquanto pòſt de eo loquens, quod Dauid in pſalmo quodam beſtias etiam ad laudandũ Deum inuitãs, nullam tamen peccatoris mentionẽ facit: Vt, inquit, muſicus probus à cithara bene modulata chordam diſſonã reſecat, ne reliquarum vocum harmonia vitietur: ſic & peritus artis medicus mẽ-

Hom. cũ presb. eſſet deſig.

Pſalm. 148.

brũ putrefactũ amputat, ne hæc lues ad cætera membra trãſiliat.

Cur Deus pauperes in mundo eſſe velit.

94.

Cum cunctis elementa Deus donauerit æquè,
Effigiem cunctis indideritque ſuam:
Cùm cunctis æquè vox ſit data, ménſque: redempti
Cùm fuerint pretio diues inópſque pari:
Denique cùm cæli ſit ſpes æqualis vtrique:
Noluit hos opibus cur Deus eſſe pares?
Scilicet vt cæli regnum lucretur vterque,
Dum patitur pauper, diues eúmque iuuat.

SCHOLIA.

Cum cunctis elementa) Gregorius Nazianz. in ea oratione, quam de pauperum amore conſcripſit, poſteaquam eorum calamitatem luculentiſſimè deſcripſit, ea omnia tam corporea, quàm ſpiritualia beneficia enumerat, quæ cæteróqui à Deo ipſis contigerunt, Quò videlicet hinc oſtendat, nõ propterea eos contemptui eſſe

debere, quòd mundi opibus careant. Atque eodem modo Auguſtinus de ea, quæ in Eccleſiæ incunabilis inter Chriſtianos erat, bonorum communione loquens, Nefas putabant, inquit, religioſi viri, eum ſibi participẽ non aſcire in ſubſtantia, qui particeps erat in gratia.

De ver. Domi. Serm.25. *Scilicet Vt cæli)* Diues, inquit Auguſtinus, propter pauperem factus eſt, & pauper propter diuitem. Pauperis eſt orare: & diuitis erogare. Dei eſt pro paruis magna penſare. De miſericordia eius parua, naſcitur magna copia. Fœcundus eſt ager pauperum: citò reddit dominãtibus fructum. Ac

De ver. Apoſtol. ſerm. 22. rurſum alio loco exponens illud Apoſtoli, Inuicem onera veſtra portate: Quid eſt onus quod portatis? Non habere. Quid eſt diuitiarum onus? Pluſquã opus eſt,

habere. Et ille oneratus eſt, & tu oneratus es. Porta cum illo non habere, portet tecum plus habere: vt fiát æquales ſarcinæ veſtrę. Atque vt dilucidius adhuc oſtendat Deũ, idcirco pauperes in hoc mundo eſſe velle, vt diuites bene de ipſis merendo, atque eorum calamitates ſubleuando, ipſius gratiã ſibi concilient, his rurſum verbis alio loco vtitur: Omnes pauperes quos videtis, potuit illos Chriſtus paſcere, quomodo per coruum Heliam aluit. Tamen & ipſi Heliæ ſubtraxit coruum. Vt à vidua paſceretur, non Helię præſtitit, ſed viduæ. Quando ergo Deus pauperes facit, diuites probat. Eodem modo Diuus Gregorius in Moralibus ſuis, vt eorum faſtum retundat, qui ſi quid beneficij in pauperes contulerint, magnificè

Lib. 50. Hom. 13. Homi.

Lib. 21. cap. 14.

de ſe protinus ſentiunt, oſtendit nihil eſſe cauſæ, quamobrē propterea animis intumeſcāt, quippe qui plus ex ea re, quàm pauperes, cōmodi ferāt, nimirum illud
Luc.16. Chriſti ponderans, Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. Ait itaque vir ſanctiſſimus: Si egenorum amicitiis æterna tabernacula acquirimus, dātes procul dubio penſare debemus, quia patronis potiùs munera offerimus, quàm egenis dona largimur. Et paulò pòſt: Largiēs pauperi, quaſi ad frugem terram excolit, quæ, quod acceperit, vberi⁹ reddit. Ac mox item, oſtendens qua ratione inanem gloriã is propulſare poſſit, qui pauperi largitur: Cùm naturæ noſtræ conſortes, inquit, exteriora non habere cōſpicimus, quàm multa nobis deſint bona interiora penſemus: quatenus ſe-

ſe ſuper inopes cogitatio noſtra non eleuet, cùm ſolerter videt quia nos tanto veriùs, quanto & interiùs, indigentes ſumus. Quin illud etiam perpendere cõuenit, quod ait Auguſtinus, exponens illud Aggæi, Meum eſt aurum. *Lib. 50. Hom. 30. hom.* Hoc ideo dictum eſt, inquit, vt ille qui non vult cum indigentibꝰ communicare quod habet, cùm audit præcepta miſericordię faciendæ, intelligat Deum non de re illius, cui iubet, ſed de re ſua iubere donare: & ille, qui aliquid pauperi erogat, non ſe arbitretur de ſuo facere: ne fortè non tã confirmetur miſericordiæ nomine, quàm infletur ſuperbiæ vanitate.

In quibus rebus Chriſtianæ vitæ perfectio conſiſtat.

95.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SVſtineo, abſtineo, duo ſunt, quæ quiſquis habebit,
Perfectos homines inter habendus erit.
Hunc ego contulerim forti haud inuitus Aotho,
Vſum quem pariter conſtat vtraque manu.
Mancus hic eſt, qui res aduerſas pectore firmo
Suſtinet, at rectè proſpera ferre nequit.
Fortiter at qui dura tulit, qui læta modeſtè,
Huic virtus numeris eſt cumulata ſuis.

SCHOLIA.

Lib. 17. cap. 19

Suſtineo, abſtineo) Epictetus, vt eſt apud Aulum Gellium, duo eſſe omnium grauiſſima vitia dicere ſolebat, nempe impatientiam, & incontinentiam. Quorum alterũ tum demum locum habet, cùm iniuriæ non tolerantur, quæ tolerandæ ſunt: alterum, cùm ab iis voluptatibus non abſtinemus, à quibus eſt abſtinendum. Ac proïde ſi quis hæc duo verba ἀπέχου, ἀνέχου, hoc eſt, abſtine, & ſuſtine, in pectore fixerit, ac reipſa pręſtiterit, eũ ab omnibꝰ penè vitiis immunẽ fore, vitãque quã

ſuauiſſimam ac tranquilliſſimã ducturum eſſe. Hæc Epicteti doctrina erat. Quam quidem ab eo expiſcatus mihi fuiſſe Auguſtinus videtur, cùm ſermone quodam his verbis vtitur: Duo ſunt quæ in hac vita veluti laborioſa præcipiuntur à Domino, continere, & ſuſtinere. Iubemur enim continere ab his, quæ in mundo dicuntur bona: & ſuſtinere quæ in hoc mundo abundant mala. Illa continentia, iſta ſuſtinentia vocatur. Duæ virtutes quæ mundãt animam, & faciunt capacem diuinitatis. In refrenandis libidinibus, & coërcendis voluptatibus, ne ſeducat quod male blanditur, & eneruet quod ꝓſperũ dicitur, continẽtia nobis opus eſt: nõ credere fœlicitati terrenæ, & vſque ad finem quærere fœlicitatem quę non habet finem. Vt autem

Serm. 245. de tempo.

eſt continentiæ felicitati mundi non credere, ita ſuſtinentiæ eſt, iniquitati mundi non cedere. Siue ergo in affluentia rerum ſim⁹, ſiue in anguſtia, expectandus eſt Dominus, qui & quod verè bonum & ſuaue eſt, det, & quod verè malum eſt, auertat à nobis. Atque eodem modo idem alio loco de duplici armorum genere loquens, quibus mundus nos laceſſit, his verbis vtitur. Duplicẽ mundus aciem producit contra milites Chriſti. Blanditur, vt decipiat: terret, vt frangat. Non nos teneat voluntas propria, nõ nos terreat crudelitas aliena: & vict⁹ eſt mundus. Ac rurſum alio loco: Duo ſunt genera armorum Diaboli valde fortia, contra quæ vigilanter ac fortiter ſtare debet omnis miles Chriſti, qui triũphare cupit, & ſuperare virtutẽ diaboli,

Serm.12. de ſanct.

Lib.2.de ſymb. ad Catech. cap.1.

boli,voluptas & timor. Alios e-
nim voluptate capit:alios timore
frangit. Confirmetur & noſtra a-
cies, proferantur arma ſpiritua-
lia. Contra timorem diaboli ad-
ſit timor Dei caſtus permanẽs in
ſęculum ſęculi. Cõtra voluptatẽ
turpiſſimę delectationis nõ deſit
fides. Et quid metuit Chriſtianꝰ,
quando admonetur ſic orare, ſic
pręſumere, ſic fidere, vt dicat, DO-
minꝰ mihi adiutor, & ego deſpi-
ciã inimicos meos? Plures tamen
noueritis capere aduerſariũ per
voluptatẽ, quã per timorẽ. Atq; *Lib. 50.*
vt oſtendat nõ minus arduũ eſſe *Hom.*
in proſperitate animum cõtine- *46.*
re, quàm rerum aduerſarum im- *Hom.*
petum forti ac generoſo animo
ſuſtinere, alio loco ita loquitur:
Nõ tunc tãtùm cauendus eſt ho-
ſtis, quãdo bellum ſeruis Dei in-
dicit. In pace magis vigilandum

eſt nobis, & exercendus animus, exercenda virtus, mentis intẽtio timore firmanda. Facit enim hoſtis ſecuros, quos cupit eſſe captiuos. Facit ſecuros, vt incautos, ſopitos, & inermes opprimat, & vulneret eos, quos vigilare minimè perſpexerit. Sed Bernardus id etiam apertius confirmat, ac perpaucos eſſe teſtatur, qui proſperitatis tela effugerint. Rarus, inquit, ſemper extitit, qui non vel modicè in proſperitate animũ relaxarit à ſui cuſtodia & diſciplina. Quando hoc incautis non fuit ad diſciplinam, quod ignis ad ceram, quod Solis radius ad niuẽ, vel glaciem? Sapiens Dauid, ſapiens Salomõ fuit: ſed blãdientibus nimis ſecundis rebus, alter ex parte, alter ex toto deſipuit. Ac paulò pòſt: Magnus cui præſẽti fœlicitas, ſi nõ arriſit,

Lib 2. de Conſid. ad Eug.

2. *Reg.* 11.

non irriſit. Quanquã facilius in-
ueneris, qui ſapientiã contraria
ſibi fortuna retinuerũt, quã qui
propitia nõ perdiderũt. Atque ex
eodẽ hoc Dauidis exẽplo, qui in
medio rerum proſperarũ curſu
in duo grauiſſima ſcelera prola-
pſus eſt, Auguſt. in homilia qua- *Hom. 50*
dã huiuſmodi doctrinã elicit. Ad- *Hom. 21*
monet, inquit, tale exemplum, nõ
ſe quenquam debere extollere in
proſperis rebus. Multi enim res
aduerſas timent, proſperas non
timent. Periculoſior eſt res pro-
ſpera animo, quàm aduerſa cor-
pori. Prius corrumpunt proſpe-
ra, vt inueniant quod frangant
aduerſa. Fratres mei, aduerſus fe-
licitates acriùs vigilãdũ eſt. Pro-
pterea videte quemadmodũ elo-
quiũ Dei in noſtra fœlicitate tol-
lat nobis ſecuritatem. Seruite, in-
quit, Dño in timore, & exultate

ei cum tremore. Et paulo pòſt.
Valeat hoc exemplum ad id vt ti-
meamus felicitatem. Cùm atten-
dunt magnum cecidiſſe, parui ti-
meant.

Hunc ego contulerim) per Aioth,
quem Scriptura ambidextrum
Collat. 6 cap.10. & 12. fuiſſe teſtatur, Caſſianus eum ſi-
gnificari ait, qui nec in virtutib'
ſuperbit, nec in tẽtationibus ſuc-
cumbit. Atque idem etiam nõ
multò pòſt, vt oſtendat probum
virum ab omni leuitate atq; in-
conſtantia alienum eſſe debere,
nec calamitatũ impetu frãgi, ac
debilitari, præclarè ad hunc mo-
dum loquitur: Anima iuſti nõ de-
bet eſſe ſimilis ceræ, quæ ſemper
characteri ſignantium cedens,
pro eius forma atque imagine fi-
guratur, quámque tandiu in ſe
retinet, donec alio rurſus ſuper-
impreſſa ſignaculo reformetur;

atque ita fiet, vt nunquam in ſua qualitate perſiſtens, ad formam eorum, quæ imprimuntur, ſemper conuertatur, & trãſeat. Quin potius debet eſſe velut adamantinum quoddam ſignaculum, vt inuiolabilem mens noſtra figurã ſui ſemper cuſtodiens characteris, vniuerſa quę incurrerint ſibi, ad qualitatem ſui ſtatus ſignet, atque transformet. Quò etiam pertinet id quod eſt apud Auguſtinum, qui ſciſcitanti Oroſio quidnam ſignificaret, quòd arca de lignis quadratis conſtructa extrinſecus, & intrinſecus bitumine liniebatur, ita reſpõdet: Sicut arca de lignis quadratis conſtituebatur: ita & Eccleſia de ſanctis cõſtruitur. Quadratum enim, in quacunque parte poſueris, fortiter ſtat: & ſancti, in quibuſlibet tentationibus, ſta- *Quæſt. 52.*

biles permanent. Non aduerſitatibus, nõ proſperitatibus cedũt. Bitumen enim ſignificat charitatem, per quam ſancti nec illis ſcãdalis, quæ fiunt ab his qui intus ſunt, cedunt, nec illis quæ fiũt ab iis qui foris ſunt. Quin & Grego-

Hom. 21. in Ezech.

rius illud Ezechielis exponens, Quatuor menſę ad holocauſtum de lapidib' quadris extructę, &c. Quos hoc loco lapides quadros accipimus, inquit, niſi quoslibet ſanctos, quorum vita in proſperitate atq; aduerſitate nouit fortiter ſtare? Lapis etenim quadrus æquè ſtat, in quocunque latere verſetur. Ac rurſum illud eiuſdẽ Prophetæ exponens, Et palmæ

Hom. 19

erãt, vna hinc, & altera inde, Omnes, inquit, qui ad vitæ aditũ tendimus, à dextro & ſiniſtro latere habere palmam debemus. A dextro palmam habet, quem

proſpera non extollunt: à ſini-
ſtro, quem aduerſa non deiiciũt.
Huc etiam facit quod in epiſtola
quadam ait Ambroſius, de ea *Epi. 32.*
conſtantia verba faciens, qua
probos viros præditos eſſe de-
cet. Vetus dictum eſt, inquit, Aſ-
ſueſce vnus eſſe, vt vita tua quã-
dam picturam exprimat, eandem
ſemper ſeruans imaginem quam
acceperit. Quomodo poteſt vnus
eſſe, qui nunc iracundia inflam-
matur, nunc indignatione graui
exæſtuat, nunc vultu exardeſcit,
nũc pallore immutatur, per mo-
menta varius & diſcolor? Eo-
dem etiam modo Baſilius in
Eſaiam ſcribens: Vitæ inæquali- *Baſ. in*
tas, inquit, nequaquã idonea eſt *Eſa.*
ad recipiendam diuinam opera-
tionẽ. Vt enim vultuũ imagines
nõ in qualibet materia reddũtur,

ſed in iis duntaxat, quæ læuorē, &pellucentiam quandam habēt: ita non in quibuſuis mentibus operatio ſpiritus, ſed in iis, quæ nihil habēt obliquum, nihil obtortum. Atque etiam idem in epiſtolis ſuis leues & inconſtantes homines nubibus confert, quæ, pro ventorum varietate, nunc in hanc, nunc in illam aëris regionē ferūtur. Verùm ex omnibus Authoribus, quos quidem legerim, neminem reperio, qui, meo quidem iudicio, de ea conſtantia, quam verus Chriſtianus inter rerum huius mundi varietates tenere debet, magnificentiùs locutus ſit, quàm Bernardus. Non te deſerat, inquit, ſpes in tempore malo, nec in bono prouidētia deerit: eríſq; inter aduerſa & proſpera mutabilium tēporum tenens quādā æternitatis imaginē,

Epiſt. ad Patroph.

Serm. 21 in Cant.

vtique hanc inuiolabilem & in-
concuſſam conſtantis animi æ-
qualitatem, benedicens Dominũ
in omni tẽpore, perindéque ven-
dicans tibi etiam in huius nuta-
bundi ſęculi dubiis euẽtibus, for-
tunæque defectibus, perennis
quodammodo immutabilitatis
ſtatum, dum te cœperis renouare
& reformare in inſigne illud an-
tiquum ſimilitudinis ęterni Dei,
apud quem non eſt tranſmuta-
tio, nec viciſſitudinis obum-
bratio. Quippe ſicut ipſe eſt, ita &
tu eris in hoc mundo: nec in ad-
uerſis timidus, nec in proſperis
diſſolutus: ac tibi indignum du-
cens, huic labenti ſeculo confor-
mari, reformari autem magis ſa-
tagens, iuxta Pauli doctrinam, in
nouitate ſenſus tui in eam ſimi-
litudinem, in qua te conditũ no-
ſti. Vnde etiam hunc Chriſti ſer- *Ioan. 12.*

monem, Si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipſum, piis omnibus conuenire ait, iis nempè quos Pater præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imagini filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.

De impiorum in damnis, tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, ſtultitia.

96.

CVm veſtes raperet prædo, nummóſque paternos,
Ad ſua ridebat maxima damna puer.
At cùm etiam efferri puerilia ludicra vidit,
Confeſtim in fletus proruit ipſe graues.
Sic ſunt, qui rident, nec ceſſant ludere, ſæuus
Cum Satanas illis non peritura rapit.
Aſt illis bona ſi rapiat mortalia quiſquam,
In fletum & lachrimas nocte diéque ruunt.

SCHOLIA.

Cum veſtes raperet) Chryſoſtomus eleganti aduerſus Gentiles ſimilitudine vtitur, quæ

quidem ad eos omnes in vniuerſum extendi poteſt, qui fluxis & fragilibus rebus ita affixi ſunt, vt ſpiritualia detrimenta ſine vllo doloris ſenſu accipiãt, in terrenis autem ac temporalibus iacturis incredibili quodam animi mœrore conficiantur. Nam cum à quodam rectè proditum fuiſſe dixiſſet (nempe ab Ægyptio ſene, vt refert Plato in Timæo, non à Diogene, vt quiſpiam ad marginem illic annotauit) Gentiles pueros ſemper eſſe, ac multa alia attuliſſet, quamobrem pueris illi comparari meritò poſſent, hanc quoque ſimilitudinem affert: Pueri cùm furem domum ingreſſum, & quæ domi ſunt auferentem conſpicantur, non modò non eum vlciſcuntur, ſed etiam inſidianti arrident. Si autem calathum eis, vel

ſiſtrum, vel quiduis aliud ludicrũ abſtulerit, moleſtè id ferunt, animo anguntur, ſe lacerãt, calcibus pauimentum pulſant. Itidem gẽtiles, cũ diabolũ omnia, & patrimoniũ, & quæ ad vitã neceſſaria ſunt, ſurripientẽ videant, tanquã ad amicum obuiam proficiſcuntur. Verùm ſi quis poſſeſſiones, diuitias, & alia eiuſmodi auferat, lamentantur, & ſe lacerant. Huc etiam facit quod Bernardus hæc verba Cain exponens, Quicunque me inuenerit, interficiet me, reprobos corporis vulnera grauiora ſemper quàm animi exiſtimare ſolere ait.

De Dei ac mundi pollicitationibus.

97.

VT mundus, ſic ſunt mundi promiſſa: quod ipſe
Promittit, fictum eſt, fictus vt ipſe quoque eſt.

Vt Deus eſt, ſic ſunt bona quæ promittit, et offert.
Certus vt eſt, certas ſic dare nouit opes.
Quàm nos læui igitur! certo non fidimus: illi
Fidimus at contrà, quem dare verba iuuat:
Sic ſumus huic ſimiles, quem ſpe deludit inani
Perdix, dum pullis conſulit ipſa ſuis.

SCHOLIA.

Vt mundus) Mundi promiſſa, inquit Auguſtinus, ſemper fallunt. Dei autem promiſſa nunquam fallunt. Sed quia mundus, quod pollicetur, hîc videtur daturus, id eſt, in hac terra morientium, in qua nunc ſumus, Deus autem, quod pollicetur, in terra viuentium nobis daturus eſt, multi fatigantur expectare veracem, & non erubuerunt amare mendacē. De talibus dicit Scriptura, Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiā. *De ver. Apoſt. ſerm. 23* *Eccleſ. 2.*

Sic ſumus) Vidi, inquit Baſilius, auis aſtutę miram artem. Cùm pullos ſuos adhuc ob debilitatē prædę periculo expoſitos videt, *Hom. de Baptiſ.*

ipſa ſe aucupi ante illos, vt prædæ parata, offert, ita ſe vertens, ac geſtus diſpenſans, vt nec periculo penitus aut manibus ſe præbeat, neque item inſidianti ſpem omnino eripiat. Sic itaque illum inter vtrumque verſando, occupādo, in ſe retinendo, ſpatii dat pullis cōmodè fugiendi: atq; ita denique ipſa euolat. Caue igitur, ne tibi quoque, idē quod aucupi, vſu veniat, nimirū certa pro incertis relinquens, ac ſpē firmā vana cōmutans. Hæc ille, de perdice loquens, cui eiuſmodi technam Ariſtoteles in libris de Hiſtor. Anim. aſcribit.

De peſtifera impiorum in ſalutis negotio ſocordia.

98.

QVo premitur ſomno lethargicus, excutit illum
Si ſoboles, ægrè fert pater, atque gemit.
Sic toties, Vigilate, Deus cum clamet in aures,

Vilior eſt nobis vita ſopore tamen
Atque ſoporatos ludunt inſomnia rerum,
Et falſæ ſolidis anteferuntur opes.
Sicque Ithacæ fumum, veluti Laërtius olim,
Præferimus vitæ, quæ ſine fine viget.

SCHOLIA.

Quo premitur) Auguſtinus pleriſque locis, ac præſertim in lib. 50. Homil. ſimilitudinem ducit à probo filio, qui parētem lethargia laborare, ac proinde nihil aliud quàm ſomno indulgere velle conſpiciens, eum ſubinde excitat, ac quamlibet pium eiuſmodi officiũ acerbo animo pater ferat, nõ tamen eũ in mortiferum ſomnũ ruentē vellicare deſinit. Atq; ita demũ hæc verba infert. Domin⁹ tibi clamat, Noli dormire, ne in æternũ dormias, euigila, vt mecũ viuas, & patrem habeas, quem nunquam efferes: & ſurdus es? Hæc autem ſimilitudo in eos quadrat, qui moleſtè ferunt *Hom. 11*

ſe admoneri, vt peccatū abiiciāt, quod quidem Scriptura perſæpè ſomnium appellat. Quouſque enim piger dormies, inquit Sapiens? Et Paulus, fratres, iam hora eſt nos de ſomno ſurgere.

Prouer.6 *Rom.13.*

Sicque Ithacæ) Vlyſſes, vt refert Homerus, poſt ingentes ac diuturnos labores exantlatos, tanto patriæ deſiderio flagrabat, vt etiā eam cum immortalitate cómutare recuſaret, ídque pro eximia atque incomparabili quadam beatitudine duceret, nimirum Ithacę ſuæ vel fumum duntaxat proſpicere. Quod quidem Clemens Alexandrinus Gentilibus elegāter accommodat, qui ſanctiſſimæ Chriſtianorum religioni, quæ animos ad æternam vitam ducit, impias & execrandas ſuperſtitiones ſuas præferebant. Quod etiā ad eos omnes in vniuerſum referri

Lib.1. Odyſ.

Adhort. ad Gent.

ferri poteſt, qui mundi voluptates ac diuitias, quas Sapiens inſtar fumi repente dilabi atque euaneſcere inquit, futurę beatitudini anteponunt. *Sap. 5.*

Salutis ſtudio, dum licet, inuigilandum eſſe.

99.

Dente pecus rabido lætiſsima gramina rodit,
Vt gelidos ſentit non procul eſſe dies.
Nam bruma veniente ſibi quia pabula cernit
Nulla fore, idcirco, dum licet, antè capit.
Ergo hyemem Chriſti quoque tu pecus affore noſcas,
Gramine qua molli ſicca carebit humus.
Quare age, mentem epulis ſanctis explere labora,
Dum potes, aut quauis es mage ſtultus oue.

SCHOLIA.

Dente pecus) Baſilius magnus ouem, impẽdentem hyemem præſentientem pabulo ſeſe ingurgitare ait, velutque ad futuram egeſtatem viatica ſibi comparare: hincque homines admoneri, vt huic vitæ non perdito quodam *Hom. 9. in Hexam.*

cum affectu addicti ſint, verum futuri ſęculi cauſa nihil non laboris ac ſtudij ſibi ſuſcipiendum putent. Atque eodem modo Ambroſius (vt qui libenter per Baſilij veſtigia gradiatur) de eadem re verba faciens, ad hunc modum loquitur: Ouis ſub aduentū hyemis inexpugnabilis ad eſcam inſatiabiliter herbam rapit, eò quòd præſentiat aſperitatem hyemis futuram: vt ſe prius herbæ pabulo farciat, quàm gelu adurente, omnis herba deficiat. Homo igitur ſtultiorem oue ſe præbet, ſi, dum licet, In Scripturæ ſacræ paſcuis minimè ſe paſcit, nec illud cogitat, orta hyeme, pabulum iam ſibi omne defuturum. Atque hoc eſt, quod aiebat Chriſtus in Euangelio, Venit nox, quando nemo poteſt operari. Et Sapiens

Lib. 6. cap. 4. in Hexam.

Eccle. 4.

nos admonet, vt dum huiuſce lucis vſura fruimur, ſaluti noſtræ operam demus: Quoniam, inquit, apud inferos non eſt inuenire cibum.

Quòd quò magis quiſpiam ſpiritualiter proficit, eò minus inanis fiduciæ concipit.

100.

Vt Manue numen diuinum in imagine vidit,
De nobis actum eſt funditus vxor, ait.
At cotrà hæc vxor: non, ſi nos perdere vellet,
Sumeret æthereus munera noſtra pater?
Quid ſibi vult, viſo Domino quòd corda mariti,
Turbantur, contrà fœmina firma manet?
Diſcimus hinc, quòd qui myſteria plurima noſcit,
Plus timet: aſt illum ſpes animoſa leuat.

SCHOLIA.

Vt Manue) Quid eſt hoc, inquit Gregorius, quòd ad viſionem angeli, vir ſit timidus, Lib. 5. cap. 27.

&mulier audax, niſi quod nobis, dum cœleſtia demonſtrãtur, ſpiritus quidem pauore ſe cócutit, ſed tamen ſpes pręſumit? Atq; etiam idem alio loco exponens viſionem quãdam Danielis, in qua angelus, vt eum ingenti illo, in quo verſabatur, terrore liberaret, ad eum dixit, Noli metuere, Cùm inquit plus quod timeamus agnoſcimus, plus nobis de eo per internam gratiam infunditur, quod amemus.

Lib. 12. cap. 21.

Dan. 10.

Periculoſam in ſalutis negotio dilationem eſſe.

101.

Craſtina qui differt meliorem in tempora vitam,
Quis rectè hunc dicat conſuluiſſe ſibi?
An qui promiſit veniam, ſi crimina plangas
Craſtina promiſit tempora certa tibi?
Qui piger eſt hodie ſuperi ad mandata monarchæ,
Ipſius obſequio cras minus aptus erit.
Emporij tempus nunc eſt: ſi fluxerit illud,
Poſtea iam nulli quærere lucra licet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SCHOLIA.

Craſtina qui differt) Auguſtinus *Hom.*
morali ſenſu hæc Apocalypſis *13. in A-*
verba exponens, Vidi ex ore dra- *pocal.*
conis, & ex ore beſtiæ, & ex ore
pſeudoprophetæ, ſpiritꝰ tres im-
mũdos in modum ranarum, his
verbis vtitur: Quando aliquis ſe
conuertit ad Deum, & pœnitet
fuiſſe ſuperbũ, adulterum, ebrio-
ſum, cupidum, qui iſta peccata,
quæ alius confitendo reliquit, i-
mitatur, cogitans apud ſe, & di-
cens, Facio quod volo, & poſtea,
quomodo agit iſte pœnitentiam,
& ego ago, & ſubitò, dum ei ſu-
peruenit vltimus dies, perit con-
feſſio, & reſtat damnatio, iſte qui
talis eſt, dum alios non ad bonũ,
ſed ad malum vult imitari, in lu-
to, vnde alius liberatus eſt, velut
rana inuoluitur, & volutatur. His
nimirum verbis oſtendit vir gra-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uiſſimus eos, qui reſipiſcentiam ſuam differunt, incertiſſima quadam ſpe niti, dum longiorem ſemper vitam ſibi pollicentur. Quæquidem innumeris hominibus ſempiterni exitij cauſa fuit, quotidiéque eſt, quemadmodũ idem iis verbis alio loco teſtatur. Nemo Deum timens, ſub verbis eius non ſe corrigit, niſi qui putat quia plus habet viuere. Ipſa res eſt, quam ſolent dicere, cum dicunt, cras, cras, & ſubito oſtiũ clauditur. Remanſit foris cum voce coruina, quia nõ habuit gemitum columbinum. Cras, cras, corui vox. Ac rurſus paulò pòſt Noli timere diem vltimum tanquam furem, qui dormienti perfodiat parietem. Vigila & corrige te hodie. Prandium bonum longũ nemo differt & vitá malá longã vis habere. Vtique ſi longa

De ver. Domi. Serm. 16.

erit, melius bona erit. Si breuis erit, bene factum eſt vt bona produceretur. Sic autem homines negligunt vitam ſuam, vt nolint habere malam niſi ipſam. Hoc probat exemplo ducto à villis, vxoribus, aliiſq; multis rebus. Ac tum ſubiungit: Quid te offendit vita tua, quam ſolam vis malam, vt inter omnia bona tua ſolus ſis malus? Quinetiam alio loco exponens illud Scripturę, Non tardes conuerti ad Dominum, Ecce, inquit, indulgentię dator aperit tibi oſtium. Quid moraris? Gaudere deberes, ſi aperiret aliquando pulſanti. Non pulſaſti, & aperit: & foris remanes. De miſericordiæ operibus quodam loco Scriptura dicit, Ne dixeris, Vade & reuertere, & cras dabo tibi, cùm poſſis cõtinuò benefacere. Audiſti pręceptũ nõ dif-

De ver. Domi. ſerm. 59.

Pro. 3.

ferendi vt in alium ſis miſeri-
Eccle.30 cors:& differendo in te es crude-
lis. Non debes differre panem da-
turus, & differs indulgentiam ac-
cepturus? Si miſerando alterũ nõ
differs, miſerere & animæ tuæ
placens Deo. Sed & Gregorius
Orat. de baptiſ. Nazian. Oratione quadam am-
pliſſimè hoc argumentum pro-
ſequitur, eoſque acerrimè inſe-
ctatur, qui in ſalutis negotio di-
lationibus vti ſolent, eaſque om-
nes rationes, quas illi ſocordiæ
ſuæ prætexunt, grauiter refellit,
inter cætera hoc afferens, verſu-
tiſſimi hoſtis noſtri hunc moré
eſſe, vt præſens tempus ſemper
ſibi poſcat, Deo futurum: ſibi
florem noſtræ ætatis, Deo ſene-
ctutem: ſibi voluptates, Deo cor-
pus effœtum, atque ad omnia in-
utile. Cui malo vt remedium af-
ferat humanæ vitæ fragilitatem

& incertitudinem nobis velut ob oculos ponit, illudq́ue oſtendit, ea ſemel confecta & decurſa, nullam iam procurandæ ſalutis copiam fore. Qua quidem in re ſimilitudine ea vtitur, quam in huius Carminis fine adhibui, nẽpe exacto nundinarum tempore nullam iam negotiandi facultatẽ eſſe. Ac propterea etiam atque etiam notanda eſt ac memoriæ mandanda hęc Auguſtini exhortatio: O homo qui deſideras regnũ Dei poſſidere, cur feciſti malũ? Dũ potes, emẽda: dũ tẽpus habes, clama ad omnipotentẽ Deũ: dũ datur ſpatium, luge dũ licẽtia eſt, pœniteas: feſtina dũ potes, dũ anima verſatur in corpore, dũ adhuc viuis, futurũ remediũ require tibi, priuſquã te profũdo abſorbeat pelagus, & priuſquã te malignus rapiat infernus, vbi nulla

Ser. 40. de Sãct.

datur indulgentia, vbi nullus regreditur ad veniam, &c. Atque huc facit tragica ſanè ac formidabilis hiſtoria, cuius Gregorius Papa mentionem facit, vt oſtendat quàm periculoſum ſit vitæ emendationem nimiùm differre. Erat, inquit, quidam vir nobilis in Valeria prouincia, nomine Chriſorius, vir valde idone⁹, ſed tantum plenus vitiis, quantum rebus, ſuperbia tumidus, carnis ſuæ voluptatibus ſubditus, in acquirendis rebus auaritiæ facibus accenſus. Sed cùm tot malis Dominus finem imponere decreuiſſet (ſicut à religioſo quodam, qui nūc ſupereſt, propinquo illius didici) corporis lāguore preſſus eſt. Qui ad extremum veniēs, ea hora, qua iam de corpore erat exiturus, apertis oculis vidit tetros & nigerrimos ſpiritus coram ſe

Hom. 12. in Euang. et libr. 4. Dialo. cap. 38.

aſſiſtere, & vehementer imminere, vt ad inferni clauſtra ſe raperent. Cœpit tremere, palleſcere, ſudare, & magnis vocibus inducias petere, filiúmque ſuum, nomine Maximũ, quem ipſe iá monachus monachũ vidi, nimiis & turbatis clamorib⁹ vocare, dicẽs, Maxime curre, Maxime curre, nunquam tibi aliquid mali feci: in fidem tuam me ſuſcipe. Turbatus mox Maximus affuit, lugens & perſtrepens familia conuenit. Eos autem, quos ille inſiſtentes ſibi grauiter tolerabat, ipſi malignos ſpiritus videre non poterát, ſed eorum præſentiam in cõfuſione, in pallore ac tremore illius videbant. Pauore autem tetræ eorum imaginis huc illúcque vertebatur in lectulo. Iacebat in ſiniſtro latere, aſpectum eorum ferre non poterat.

Vertebatur ad parietem: ibi aderant. Cúmque conſtrictus nimis relaxari ſe iam poſſe deſperaret, cœpit magnis vocibus clamare, dicens: Inducias vel vſque manè, inducias vel vſque manè. Sed cum hæc clamaret, in ipſis ſuis vocibus de habitaculo ſuæ carnis auulſus eſt. De quo nimirum conſtat, quia pro nobis iſta, non pro ſe, viderit, vt eius viſio nobis proficiat, quos adhuc diuina patientia lõganimiter expectat. Nam illi tetros ſpiritus ante mortem vidiſſe, & inducias petiiſſe, quid profuit, qui eaſdem inducias, quas petiit, non accepit? Nos ergo, fratres chariſſimi, nunc ſolicitè iſta cogitemus: ne nobis in vacuum tempora pereant, & tunc quæramus ad bene agendum viuere, cùm iam compellimur de corpore exire.

De Dei iudicio, ac miſericordia.

102.

IN geminis Chriſti pedibus conſider quemque
Eſt opus: vnus nam non ſatis eſſe queat.
Spem mihi iudicij pes ſolus diſcutit omnem:
Spes veniæ ſolus pectora lenta facit.
Ergo deſidia ne mens ſecura laboret:
Vel mihi mens nimio fracta timore cadat:
Hoc mihi da quæſo, genitor ſanctiſsime, cantem
Semper vt, & veniam, iudiciumque tibi.

SCHOLIA.

In geminis Chriſti) Ex eo oris oſculo, quo in Canticis pia anima frui auidiſſimè expetit, Bernardus occaſionem ſumit de duobus aliis oſculis diſſerendi, nimirũ pedum, ac manuum, per pedes ipſius iuſtitiam ac miſericordiam intelligens. Ait itaque vir ſanctitate ac doctrina præſtantiſſimus: Si iam dolore peccati & iudicij timore compangeris, veritatis

Bernar. ſermo. 6. in Cant.

iudiciíque veſtigio labia impreſ-
ſiſti. Quòd ſi timorem dolorém-
que diuinæ intuitu bonitatis, &
ſpe indulgentiæ cóſequendæ, té-
peras, etiam miſericordiæ pedem
amplecti te noueris. Alioquin al-
terum ſine altero oſculari non
expedit. Quia & recordatio ſoliꝰ
iudicij in barathrum deſperatio-
nis præcipitat, & miſericordiæ
fallax aſſentatio peſſimam ge-
nerat ſecuritatem. Datum eſt
& mihi miſero, nonnunquam
ſedere ſecus pedes Domini Ieſu,
& modo hunc, modò illum tota
deuotione amplecti, in quantum
me ſua benignitas dignabatur
admittere. At ſi quando miſera-
tionis oblitus, ſtimulante con-
ſcientia, iudicio paulò diutiùs in-
hærerem, mox metu incredibili
ac miſerabili cõfuſione deiectus
& tenebroſo circũfuſus horro-

re, hoc ſolùm palpitans de profundis clamaui, Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuã dinumerare? Quod ſi eo relicto pedem miſericordiæ plus tenere contingeret, tanta è contrario incuria & negligentia diſſoluebat, vt confeſtim, & oratio tepidior, & actio pigrior, & riſus promptior, & ſermo incautior, & omnis denique vtriuſque hominis ſtatus inconſtantior appareret. Proinde magiſtra inſtructus experientia, non iudicium iam ſolum, aut ſolam miſericordiam, ſed miſericordiam pariter & iudicium cantabo tibi Domine. In æternum non obliuiſcar iuſtificationes iſtas. Cãtabiles mihi erunt ambæ pariter in loco peregrinationis meę, quouſq; miſeri-

Pſal. 89.

Pſal. 100.

Pſal. 118

cordia ſuperexaltata iudicio, miſeria conticeſcat, ac ſola cantet tibi de cætero gloria mea, & non compungar.

Magno piorum bono calamitates ipſis à Deo immitti.

103.

EST bonus ille obolus, qui nũmum ſeruat, vt aiunt:
Quæque, caput ſeruans, vulnera palma capit.
Eſt bonus hic medicus, qui noxia doctus ab imis
Partibus ad ſummam pertrahit arte cutim.
Ergo caue melior ne ſpes te deſerat vnquam.
Sæpe licet caſus experiare graues
Nam ne forte tumens agitet pia pectora faſtus
Vexari patitur corpora ſæpe Deus.

SCHOLIA.

Lib. 33. Mor. ca. 23. *Eſt bonus ille obolus*) Gregorius in Moralibus exponens hæc verba Iob, Memento belli, & ne vltrà addas loqui, ad hunc modum loquitur: Deus idcirco ſępe bene merentes famulos vel minis impetit, vel flagellis premit, vel oneri-

neribus grauat, vel laborioſis occupationibus implicat, quia mira potẽtia prȩuidet, quòd ſi quieti ac liberi in tranquillitate perſiſterent, tentationes ferre aduerſarij non valentes, mentis proſtrati vulneribus iacerent. Dum ergo eos foris tolerandis flagellis, vel oneribus occupat, à ſuſcipiendis intus tentationum iaculis occultat. Moris quippe medicinalis eſt, vt feruorem viſcerum ſæpè in pruriginem cutis trahat, & plerũque inde interius curat, vnde exterius ſauciat. Ita nõnunquam diuinæ diſpenſationis medicamine agitur, vt exterioribus doloribus internum vulnus adimatur. Et paulò pòſt: Quis neſcit quod multo melius ſit ardere flãma febrium, quàm vitiorum. Vnde etiam idem Author ideo maxillam Behemoth perforatam

dici ait, quia electos Dei, vnde conterit, inde amittit: vnde tentat vt perdat, inde agit ne pereant. Hæc optimi viri verba ſunt, alludentis, vt opinor, ad id quod ait
2. *Cor.* 12. Paulus, Idcirco ſibi ſtimulum carnis datum fuiſſe, ne ob reuelationum magnitudinem extolleretur.

Eum, qui alteri nocere cupit, ſibi ipſi priùs nocere.

1041

Lædere qui tentas alios, quæ mittis in altum,
In caput hæc recident aſpera ſaxa tuum.
Vrere quo tentas alios, hoc vreris igne,
Quodque paras aliis, hoc peris ipſe malo.
Es velut is, qui mixtum aliis lætale venenum,
Inſcius ipſe bibit, fraude peritque ſua.
Aut certè inſtar apis, quæ cæco rapta furore,
Protinus vt ſtimulum fixerit, ipſa perit.

SCHOLIA.

Lædere qui) Gregorius Nazianzenus in Carmine quodam, hac ſi-

militudine vtitur, eámque à Da-
uide mutuat⁹ eſſe videtur, cuius
pſal.7. hęc verba ſunt, Conuerta- *Pſal.7.*
tur dolor eius in caput eius, & in
verticem ipſius iniquitas eius
deſcẽdet. At Ioannes Chryſoſto- *Hom.*
mus Homilia quadam ponderãs *15. in e-*
hæc verba Pauli, Si Deus pro *piſt. ad*
nobis, quis cõtra nos? oſtẽdit hũc *Rom. 8.*
de fidelibus & exactè crucifixis
ſermonem eiuſmodi eſſe, vt ne is
quidem, qui diademate ornatus
ſit, eum aſſequi poſſit. Contra il-
lum enim ſtant multi, & barbari
armati, & hoſtes exorientes, &
corpori inſidias ſtruentes, & ex
ſubditis plures inſurgentes, & a-
lia id genus infinita: at contra fi-
delem, & eum, qui diligenter
Dei legibus attentus eſt, non
homo, non dæmon, non aliud
quicquam ſtare poterit. Ac pro-
inde idem author paulò pòſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

exponens hæc verba, Sed in his omnibus ſuperamus propter eũ qui dilexit nos, Hoc, inquit, eſt mirabile, quòd non ſuperamus ſolùm, ſed quod per ea ipſa ſuperamus, per quæ inſidias patimur: nec ſuperamus tantùm, ſed pluſquam ſuperamus, hoc eſt omni cum facilitate, citra ſudores ac labores. Ac mox, vt oſtẽdat quemadmodum impius operam ludit, cùm pios opprimere nititur, verba ea profert, quæ Phariſæi de Apoſtolis vſurpabant, Quid his hominibus faciemus? Nã quod mirum eſt, inquit, id demum eſt, quòd illos, dum detinerent, dum reos haberent, dum vincirent, dũ cæderent, mentis conſiliiſque inopes hæſitabant adhuc, per hæc ipſa manus dantes, ac victos ſeſe agnoſcentes, per quæ victoriam reportaturos ſperabãt. Quò etiã

facit, quod in epiſtola quadam *Epiſt.31.*
ſcribit Ambroſius, de Eccleſiæ
perſecutoribus loquens: Nun-
quá nobis amplius contulerunt,
quàm cum verberari Chriſtia-
nos,atque proſcribi,& necari iu-
berent. Quod etiam ipſe tanto- *Epi.32.*
pere in ſe expetebat, vt cũ à per-
ditiſſimis quibuſdam hominib⁹
grauiſſimum aliquod malũ fru-
ſtra expectaſſet, his verbis vſus
ſit, Expectabam magnũ aliquid,
aut gladium pro Chriſti nomine,
aut incendiũ. At illi delicias mihi
pro paſſionis nomine obtulerũt.
Sed Athleta Chriſti, non delicias,
ſed paſſiones ſuas exigit. Atque
eodem modo Gregorius in Mo-
ralibus exponens hunc prouer- *Lib. 20. Mor.*
biorum locum, Stultus ſeruiet ſa- *cap.22.*
pienti, Stultus, inquit, ſapienti *Prou.11.*
etiam dominando ſeruit, quem
ad meliorem ſtatum dominando

prouehit: Sic nonnunquam dominis, pupillis ad diſciplinæ magiſterium ſerui præſunt, terrent, premunt, feriunt: & tamen eſſe ſerui nullo modo deſiſtunt. Quia ad hoc ipſum ordinati ſunt, vt proficientibus dominis etiam feriendo famulentur.

Pſal. 34. *Vrere qui tentas*) Auguſtin⁹ exponẽs hęc Pſalmiſtæ verba, Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abſcondit, apprehendat eũ, his verbis vtitur: Tanquã ſi quiſquam veneni calicem pręparet alicui, & oblitus bibat, & tanquã ſi foueam fodiat in quam inimic⁹ eius in tenebris incidat, & ille oblitus quod foderat, ambulans ea via priùs illuc cadat. Prorſus fratres mei ita credite, ita certi eſtote: nemo malus non ſibi priùs nocet. Sic enim eſſe putate malitiam, quo mo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

do ignem. Incendere vis aliquid aliud? Illud quod admoues, priùs ardet. Niſi ardeat, non incendit. Facula eſt: hanc faculam apponis, vt aliquid incendat. Nunquid non ipſa facula quam apponis, prior ardet, vt aliquid poſſit incendere? Malitia autem procedit ex te: & quem priùs vaſtat niſi te? Quo profundit ramum, lædit: vbi radicem habet, non lædit? Equidem dico quod malitia tua vt alteri non noceat fieri poteſt: vt autem tibi non noceat, fieri non poteſt.

Aut certè) Hæc ſimilitudo à Chryſoſtomo ſumpta eſt, qui homilia quadam his verbis vtitur: Non videtis apem quomodo propter ſtimulum alicui infixum moriatur? Per hoc animal erudiuit nos Deus, ne

Homil. 10. in. 1. ad Theſſaloni.

proximum lædamus. Ipſi enim primi mortem ex eo capiemus. Et illos quidem forſan parum lędemus: ipſi verò non amplius viuemus quemadmodũ neque hoc animal.

De variis afflictionum effectibus.

105.

AD primum è paleis ictum grauis exit ariſta:
Excutit at paleam, fortius icta, leuis
At grano quæ ſpica caret: nullo icta flagello,
Queis tegitur, paleæ linquere vela poteſt.
Sic pius aduerſis ictus mundum illico linquit:
Tardius ille, minus qui pietatis habet.
Qui vero pietate vacat, non ictibus vllis
Et mundum & ſomnum deſeret ille ſuum.

SCHOLIA.

Hom. 3. in Mat. oper. imp. *Ad primum è paleis*) Chryſoſtomus de variis effectibus agens, quos tribulatio pro varia eorũ, in quos incidit, qualitate, proferre ſolet, hanc ſimilitudinem adducit. Sicut plenum granũ, mox

vt leuiter percuſſū fuerit, de palea ſua exilit foras: ſi autem ſubtile fuerit, tardius egreditur: quòd ſi vacuum fuerit, nunquā egreditur, ſed illic conteritur cum palea ſua, & ita cum paleis foras iactatur: ſic omnes quidem homines in rebus carnalibus delectantur, ſicut grana in palea. Sed qui fidelis eſt, & boni cordis habet medullam, mox vt leuiter tribulatus fuerit, negligens quæ ſunt carnalia, currit ad Deum. Si autem modicè infidelior fuerit, cum grandi tribulatione vix recedit, & vadit ad Deum. Qui autem infidelis eſt & vacuus, quantumuis contritus fuerit, ſicut granum vacuum de palea non egreditur, ſic ille de carnalibus rebus & impedimentis mundialibus nunquam egreditur, nec tranſit ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deum,ſed illic in malis conſtitutus conteritur,vt cum infidelib⁹, quaſi cum paleis foras proiiciatur. Atque in eandem ſententiam Auguſtinus de hoc extremo hominum genere verba faciens,eos in hac eſſe conditione ſcribit,vt vix vnquam ſanari poſſint. Cùm amatores inquit,ſeculi huius intueor, neſcio quando poſſit eſſe ad eorum animos ſanandos opportuna ſapientia. Quando enim res velut proſperas habent, faſtu reſpuunt ſalubres monitus, & quaſi anilem reputant cantilenã. Quando autẽ in aduerſis agunt, magis cogitant euadere vnde ad pręſens anguntur, quàm capere vnde curentur,& vnde perueniãt, vbi angi omnino non poſſint.

Epi. 82. ad Larg.

De vi humilitatis.

106.

O Deus, ô quantis vita eſt humana periclis
Subdita! quis tali vitet ab hoſte necem?
Quoquo oculos vertam ipſe meos, diſcrimina mille,
Tenſa animæ cerno retia mille meæ.
Siue cibos capiam, ſeu dem mea membra ſopori,
Seu quid agam, laqueos ſubdolus hoſtis habet.
O Deus, ô quiſnam fugiet tot retia? Vano
Mens ea quæ faſtu libera ſemper erit.

Scholia.

O Deus ô quantis) Memoriǽ proditum eſt olim Diuo Antonio *Marul. lib. 1. Euang. cap 3.* huiuſmodi quoddam viſum cõtigiſſe, nempe vt repentè aërem totum retibus vndique plenum inſpiceret. Cúmque eo viſo perterrefactus in hæc verba exclamaſſet, Heu quis tot retia vitare queat! diuinitùs reſponſum eſt, Humilitas. Eodémque pertinet quod Auguſtinus ſcribit: Vnde *Tract. 25. in Ioann.* abundat iniquitas? Per ſuperbiã. Cura ſuperbiam: & nulla erit iniquitas. Atq; elegantẽ ſimilitudinem affert de iis morbis, in qui-

bus humor peccans non purgatur, vt in viſceribus, quorum feruor tantùm ſedatur ad tempus, quia cauſa non tollitur. Quò etiam facit quod ait Caſſianus, ſuperbiæ malum tanquam generalem quendam ac peſtiferum morbum, non vnum membrorũ partémve eius tantùm debilitare ſolere, ſed ſolidum corpus lętali exitio corrumpere. Ac proinde meritò Auguſtinus in epiſtola quadam his verbis vtitur. Nullã aliam tibi ad capeſſendam & obtinendam veritatem viã munias, quàm quæ munita eſt ab illo, qui greſſuum noſtrorum, tanquam Deus, videt infirmitatem. Ea eſt autem prima humilitas, ſecunda humilitas, tertia humilitas. Quibuſquidẽ verbis ad illud Demoſthenis alludere videtur, qui, cũ ex ipſo quęſitũ eſſet, quid in to-

De inſt. cœnob. lib. 12. cap. 3.

Epiſ. 56.

ta oratoria arte præſtantiſſimum eſſe cenſeret, Actio inquit. Rogatúſq; quid deinde, idem iterum, ac tertiò reſpõdit: hinc videlicet illud indicans, nihil in vniuerſa docendi arte eſſe, quod cum eiuſmodi parte comparandum eſſet. Eſt autem apud Caſſianum pulcherrima antitheſis ſuperbię diaboli, & humilitatis Chriſti, quã ab eo mutuatus fuiſſe videtur Gregorius libr. moral. 34. cap. vlt.

Bonorum huiuſce vitæ ſolicitudinem impedimento nobis eſſe, quominus ad cœlum tendamus.

107.

Promiſſa eſt nobis tellus ampliſsima, dulci
Lacte fluens, ad quam nos tuba dia vocat.
At nos, quæ noſtra eſt dementia maxima, cœli
Deliciis terræ pluris habemus opes.
Sic olim Rubeni male-ſana mente nepotes,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Paſcuáque & multum cùm pecus eſſet eis,
Languebant animis, nec iam promiſſa volebant
Ad bona tam pinguis tendere læta ſoli.

SCHOLIA.

Lib. 27. Moral. cap. 10. Ioſ 3.

Promiſſa eſt nobis) D. Gregorius in ſuis Moralibus eam Scripturę ſacrę hiſtoriam exponens, in qua refertur quemadmodum tribus Ruben, & Gad, & dimidia pars tribus Manaſſe, quòd iumẽtis ac pecoribus abundarent, nihil iam curarent Iordanem tranſmittere, ac terræ ſanctæ poſſeſſionem adire, his verbis vtitur. Qui iumenta plurima poſſident, tranſire Iordanem refugiunt: quia quos multa mundi implicamẽta occupant, habitationem cœleſtis patriæ non requirunt. Vnde etiã in Euangelio, illi qui ad eas nuptias, ad quas omnes inuitamur, ire recuſant, inter reliquas excuſationes ſuas, hoc quoque cau-

ſantur, Iuga boũ emi, & eo pro- *Luc.14.*
bare illa.

Aduerſus falſos noſtri temporis politicos.

108.

ODi, qui fidei teneat cum dogmata ſanæ,
Non tamen is fidei iungere curat opus.
Plus odi, fidei qui ſepta reliquit auitæ,
Impius & matri perfida bella mouet.
Plus etiam in medio qui cùm verſetur ouili,
Clàm tamen innocuas eſt lupus inter oues.
Omnibus his odi grauius, qui numinis expers,
Nomine prudentis ſe tegit œconomi.

SCHOLIA.

Vt œconomi) Quemadmodum tyrãni nomen quod olim in laude erat, ob eos qui crudeliſſimè ac teterrimè imperium geſſerãt, in odium & inuidiam abiit: ita etiam cõplura alia, velut œconomi vocabulum, quod cùm Paulus etiam ipſe, tum ſibi, tum iis omnibus tribuat, quibus prędicandi Euangelij, adminiſtran-

Naz. Orat. de Athan.

1.Cor.4.

dorúmque Sacramentorum cura mādata eſt, poſtea tamen in probrum atq; infamiam ob eorum ignauiam, vel potius perfidiam, ceſſit, qui fidei orthodoxę dogmata apud auditores malè de religione ſentientes liberè profiteri minimè audebant, atque interim Dauidis authoritate abutebantur, qui ſermones in iudicio diſponendos eſſe monet (οἰκονόμεῖν autem in græco eſt) hoc eſt non temerè nec apud quoſlibet de grauiſſimis rebus diſſerendū.

Pſal. III

Quod etiam noſtra tempeſtate politici vocabulo contigiſſe videmus, quod cùm per ſe pręclarū & illuſtre ſit, eúmque ſignificet, qui in publicarum rerum adminiſtratione prudenter ſe gerit, cōſiliáque ſua omnia ad communem vtilitatem dirigit, quoniam tamen quidā, pro eo quòd

